ctio, a collectore Scholiorum Codicis Leidensis, non a librario, demutata: *Apollodorus*, l. c. ἀφειδῶς, inquit, δι' ἡδονὴν ἐλκύσαντες, πεφαρμάχθαι νομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν. Et videri posset haec Historia ex *Apollodori* Bibliotheca interiori petita: sed in fine Scholii vulgati legitur: Ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης. Si librorum *Eratosthenis* soli nobis innotuissent indices, facile credidissemus, haec e Catasterismis fuisse derivata, sive e laudatissimo poëmate, quo Erigones, *Phrynichi*, *Sophoclis*, *Philoclis*, et *Cleophontis* Tragoediis nobilitatam pietatem celebraverat *Eratosthenes*. At sequentia e Ms. accesserunt: Ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Καταλόγοις· supplementum hoc multo me fecit incertiorem, quam tui ante. Homines literatissimi titulos librorum, quos plurimos conscripserat *Eratosthenes*, diligenter collegerunt. Eorum unum, qui corrupto loco nitebatur, *Eratostheni* in Miscell. Nov. T. II. p. 119. abiudicavi. An in eius locum, nuspiam alibi memorati, *Catalogi* e Ms. nostro erunt reponendi? Haud opinor. Quid itaque? Nomina Auctorum et Librorum per compendia scribuntur in veteribus membranis. Scripseratne Grammaticus olim: Ἱστορεῖ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς ἑαυτοῦ Κάτασ τ. pro Καταστερισμοῖς, quod degeneraverit in Καταλόγοις; Hoc prima facie videatur alicui verisimile. Verum supersunt sub nomine *Eratosthenis*, a *Fello* et *Galeo* vulgati Καταστερισμοί· in istius libelli capp. VIII. XXXIII. traditur, quinam sub nomine Arctophylacis, Virginis, et Canis, et quam ob rem in mundum stelliferum fuerint relati; sed historiae hic denarratae nulla fit in illo libello mentio; quin imo ne quidem nominantur Atticus Icarius, aut filia Erigone, aut utrique fidelissima canis. In re obscura poni posset illud, frequentissime repetitum, *amplius deliberan-*

dum censeo: sed, dum vacat, nolo cogitandi laborem defugere; et conabor ingeniosis hominibus viam patefacere ad veritatem detegendam. Libellus sub *Eratosthenis* nomine vulgatus mea opinione compendium continet operis, quod magni nominis Criticus olim emiserat, a recentiori Grammatico contracti. Hoc ut satis exploratum pono. *Achilles Statius*, *Hyginus* et *Schol. Germanici* librum legerunt pleniorem, atque inde depromunt, quae in Eratosthenis libello vulgato deficiant. Deinde historia Icarii et Erigones denarratur a multis; *Hyginus*, ubi de Arctophylace agit, Poët. Astron. II. c. IV. et *Scholiasta Germanici* de cane tractans p. 130. inter cetera, illa etiam tradiderunt, pleraque eadem, quae in Scholio ad *Homerum* Graecis verbis leguntur: e *Scholiasta Germanici* nonnulla sunt transscripta in fabulam CXXX earum, quae Poëtici Astronomici Parenti solent attribui. Quae in hac historia mendose leguntur in *Schol. Germ.* pleraque docte persanavit *Jo. Meursius*, de Reg. Athen. II. c. II. qui eamdem tractaverint, Auctores designans. *Hyginiana* autem et *Scholiastae Germ.* verba, quae cum nostris his conspirant, suspicor e binis *Eratosthenis* operibus derivata; tum ex integriore Catasterismorum opere; tum ex Poëmatio, (sive Interprete Graeco Poëmatis) *Eratosthenis*, quo honestavit - - - *pietate ad sidera ductam Erigonen*, ut loquitur *Manilius* II, 31. qui in tanto Veterum dissensu stellatam virginem passim *Erigones* nomine celebravit. Potuit autem vetus *Homeri Scholiasta* utriusque operis hoc in loco mentionem fecisse; recentior Catasterismos commemorasse solos. Ut sic credam, tum ratio suadet Poëmatis *Eratosthenis*, olim noti sub nomine Ἠριγόνης, tum versiculus, quem, apud *Hyginum* obvium, ex isto Poëmate, non e Catasterismis, uti credidisse videtur *Scali-*

ger, censeo repetitum. Sic legitur apud *Hyginum* P. A. II. c. IV. *Nonnulli hunc Icarium Erigones patrem dixerunt. - - - Qui cum sevisset vitem, - - dicitur hircus in vineam se coniecisse, et quae ibi tenerrima folia videret, decerpsisse: quo facto Icarium - - eum interfecisse, et ex pelle eius utrem fecisse, ac vento plenum praeligasse, et in medium proiecisse, suosque sodales circa eum saltare coëgisse. Itaque Eratosthenes ait:* Ἰκαρίου ποσὶ πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο. Ex illis, quae praecesserant, pendet nomen Ἰκαρίου, et, si ponas, in fine versus antecedentis lectum ἐφετμαῖς, vel simile quidpiam, sensus loci facilis evadet. Ex ista historia repetenda videtur origo festorum dierum, in quibus *inter pocula laeti* Attices incolae *Mollibus in pratis unctos saliere per utres*, uti cecinit *Virgilius* Georg. II. v. 385. Insignis *Hygini* locus (non item Virgilianus) praeteriit diligentiam *Petri Castellani*, et *Joannis Meursii*, ubi agunt de festo τῶν Ἀσκωλίων. In sequentibus propositi tenax, quamvis oblata occasione invitatus, tamen istiusmodi adnotatis abstinebo.

V. 57. Circa finem Scholii posui ἄλλως τε οὐ θεατὴς pro ἀλλ' ὥστε οὐ θ. ista talia vix digna memoratu. Quod paulo ante legitur, ὅτι οὐδὲν προσελυμαίνετο τῆς πόλεως, hac structura ferri posse vix arbitror: fortasse olim scriptum fuerat, ὅτι οὐδὲν προσημύνετο τῆς πόλεως.

V. 58. Ms. αὐτὸν τῳ ἀχιλλεῖ. Scripsi αὐτῷ τὸν Ἀχιλλέα.

V. 44. Priora ferme eadem legebantur in editis; sequentia accesserunt: illa *Eustathius* attigit p. 1352. v. 21.

V. 62. Posui παρεμφαίνει, dubitans fuerimne adsecutus manum Grammatici, latentem in literis πΦ'ραυι. Locus Homericus ex Il. I. v. 589. olim

totus fuerat adscriptus; aut, positis primis verbis, *Homeri* studiosis revocatus in memoriam. Circa finem in ἀπήλλαχται litera λ semel erat posita: venit aliquando in mentem pro ἀπήλλαχται legendum esse ἀπαλλαχτέα· nunc illud potius retinuerim.

V. 68. Ex editis recepi τὰς εὐπροσώπους, pro τοὺς εὐ. non item vocem ῥέθος, quam post illa, Αἰολεῖς δὲ, *Barnesius* inseruit, obsequutus coniecturae Cantabrigiensis Editoris Iliadis.

V. 80. Scholion subieceram Anim. in *Amm.* in Ms. habebatur Φιλοτεχνώτεραι γυναῖκες pro Φιλοτεχνώτεραι αἱ γυν. Loca *Homeri* sunt ex Od. B. v. 300. et Il. X. v. 87.

V. 93. Initio legebatur: χειὰν, τὴν αὐτὴν μόνον χωροῦσαν, et mox ἔλυτρον αὐτῇ οὖσαν· non dubitavi reponere αὐτὸν et αὐτῷ· ut possent ad dictionem referri Homericam. Respicitur enim δράκων, Βεβρωκὼς κακὰ Φάρμακα· *coluber mala gramina pastus.* Quamvis non ignorem, nomina δράκων, ὄφις, ἔχις, ἔχιδνα saepe permutari, non potui tamen mihi persuadere vocem diversam Grammatico obversatam. Locus *Homeri* legitur in Od. Σ. v. 17, in eumdem usum citatus apud *Suidam* in ν. Χειᾷ, ubi, τοῦτο γὰρ, inquit, μόνον μηχανῶνται οἱ ὄφεις, τὸ χωρεῖσθαι τὸ σῶμα ὥσπερ εἰς ἔλυτρον· hoc in loco minus emendate χωρῆσαι putem vulgari. Serpentis χειὰ ob eamdem rationem ἰλεὸς, εἰλεὸς, εἴλυὸς, εἰληθμὸς, et εἰλυθμὸς dicebatur: *Theocritea* Praxinoë, XV, 9. domum suam venuste vocat, Ἰλεὸν, οὐκ οἴκησιν· *in qua*, secundum *Martialem*, XI, XIX. *Nec serpens habitare torta possit.* Placet nuperum Viri docti commentum, sic legentis pro *tota:* nec tamen me latet, quid isti coniecturae obmoverint. *Aristotelis* a *Scholiaste* nostro prolatum locum, quia scriptus erat emendate, tanti non videbatur inquisivisse. *Ari-*

stotelis non meminit, ubi Scholio usus est *Eustathius*, p. 1357. v. 4.

V. 95. Pro ἐπὶ τῇ μάχῃ legi malim: ἐπὶ τὴν μάχην αὐτοῦ τεθηγμένου.

V. 126. Ad libri Leidensis ductum a me vulgata poterunt ad edita comparari, quae *Barnesius* male interpolavit. Signa posui defectus, quia sequebatur, ἐνόμιζον δέ· -- potuerant haec ex editis colligari. Pro ἀνέστρεφον Ms. ἀνέτρεφον. Olim forte scriptum τὰ βρέφη ἀνέτρεφον. Pro Διδύμῳ in Ms. διδύω.

V. 128. Ut emendatior prodiret adnotatio non contemnenda, initio scripsi: Καλῶς τὸ φλύαρον τῶν λόγων -- in Ms. legebatur κακῶς τὸν Φ. τ. λ. Notus Graecismus alibi sub eadem corruptela latet obscuratus. -- Deinde ante vocem γένεσιν suspicabar deesse verbum μυθεῖσθαι vel aliud simile: *Heringae* satius videbatur, pro Ἔθος γὰρ ἦν posuisse: Μῦθος γὰρ ἦν. Praeter ea νομαδιαῖον νόμον probem transmutari in νομαδικὸν βίον· in Scholio praecedente legitur: νομαδικῷ ἐχρῶντο βίῳ· quando scilicet *populos umbrosa creavit Fraxinus, et foeta viridis puer excidit orno.* Postremo, in versu Homeri ex Od. T. 163. Ms. praeferebat παλαιφάγ. Et constat certe in isto loco lectum fuisse olim παλαιφάτου non tantum, sed et δρυὸς -- παλαιφάγου. In nostris exemplaribus *Eustathii* semel, sed ab Auctore minimum ter ista lectio fuerat commemorata. Reperitur illa apud *Eustathium*, ad Odyss. T. p. 687. v. 22. male fuit obliterata p. 688. v. 1. εἴπερ γράφεται, ἀπὸ δρυὸς παλαιφάτου· ubi ad mentem *Eustathii* παλαιφάγου ponendum, uti et ad Il. A. p. 100. v. 15. *Hesychius* bis diversam hanc vocis Homericae lectionem commorat: suo loco legitur, Παλαιφάγου, πάλαι ἐσθιομένης· supra in, Οὐδ' ἀπὸ παλαιφάτου

δρυὸς, - - - τινὲς δὲ, inquit, γράφουσι παλαιφάγου, ἐπειδὴ παλαιόν ἐστι φάγιον ἡ δρῦς. Sic meudosa scriptura fuit in Miscell. Observ. restituta, Vol. VIII. p. 170. Rarius vocabulum φάγιον reperitur et alibi apud *Hesychium*: Ἐδέσματα, φάγια, βρώματα.

V. 147. Prior pars vetusti Scholii lecta fuit *Eustathio*, p. 1362. haec scribenti v. 34. ἐνταῦθα δοκεῖ τισιν ἄλλο εἶναι τοὺς Κρουνοὺς παρὰ τὰς πηγὰς, ἴσως δὲ οὐ καλῶς. -- Ubi legitur πρὸ τριῶν τῆς Ἰλίου σταδίων. *Heringa* malebat, ἀπὸ τριῶν· alterum illud tuebitur Praestantiss. *Gavellus* in Miscell. Nov. T. VII. p. 781. - - Deinde literis ἀπο intricati ductus erant adpositi in Ms. e quibus effeci ἡ ἀπὸ πρόθεσις. --- Postrema Scholii pars sine dubio depravata potuerat quidem corrigi ad hanc normam: αὐτὸς δὲ ψυχαγωγεῖ διὰ τῆς ἀφηγήσεως τὸν ἀκροατήν· sed vulnus ea ratione tantum fuisset obligatum. Sic leguntur ultima in Ms. δαιμονίως δὲ τὸν τῆς διώξεως καιρὸν ἀργὸν οὐ κατέλιπεν, ἀλλ' ὥσπερ διατριβὴν ποριζόμενος τῇ ἀκοῇ, τοὺς μὲν τρέχειν φησὶν, αὐτὸς ψυχαγωγῇ τῆς ἀφηγήσεως τὸν ἀκροατήν. Cogitet quispiam a literis vicinis elisam voculam ἵνα, et locum fore sanum, si restituas: ἵνα αὐτὸς ψυχαγωγῇ τῇ ἀφηγήσει τ. ἀ. mihi vero sic videtur; veterem Grammaticum scripsisse: ἀλλ' ὥσπερ διατριβὴν ποριζόμενος τῇ ἀκοῇ, τοὺς μὲν τρέχειν ἐᾷ, αὐτὸς δὲ..... ut cetera interciderint, quibus artificium Poëtae in v. 149. et seqq. monstraverit. Deinde hariolor, recentiorem quempiam illis verbis, ὥσπερ διατριβὴν ποριζόμενος τῇ ἀκοῇ, veluti formulae loquendi minus intellectae commodum interpretamentum adiecisse: ἵνα ψυχαγωγῇ διὰ τῆς ἀφηγήσεως τὸν ἀκροατήν, *ut narratione auditorem oblectaret.* Taudem sciolum his in contextum re-

ceptis antefixisse: *Ἄλλος φησὶν, ἵνα* — — sed nolo diutius argutari.

V. 147. 148. Mendas e *Porphyrii* nota sustuli. Antequam in locum *Homeri* incideram, Il. M. v. 19. et 21. (*Ὕσσοι ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσι, — — Γρήνικός τε καὶ Ἄισηπος, διός τε Σκάμανδρος.*) nesciebam, quo pacto corrupta Ms. scriptura deberet constitui: *κατηρίθμητο γὰρ διοσὶ σκάμανδρος τοῖς ἀπὶδαιων ὀρέων ἄλλα δε προρέουσιν, ὕστερον φη κρουνῶ δι' ἑκανον κ. ὑθατε π.* cetera mendis vacabant.

V. 152. Pro *θέρους* in Ms. *θέρος* legebatur. Quae ad hunc locum notat *Eustathius* p. 1362. v. 26. et seqq. descripsit e duobus locis Epitomes *Athenaei* non nominati II. p. 41. F. et p. 43. E.

V. 162. Scripsi *παρέβαλε*, pro *παρέλαβε*· et *τέρματα* pro *σπέρματα*· tandem *ἴδε* pro *ἴδη*· hic tamen aliud quid forte latet. Scholion legisse videtur *Eust.* p. 1363. v. 20.

V. 165. Ad quaestionem propositam, cur *πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς* Hectora nondum adsequatur, reponi non potuit: *ὅτι Ἀπόλλωνα ἔχει.* Legendum censeo: *ὅτι Ἀπόλλων ἀνέχει*· sive, si quis ita malit: *ὅτι Ἀπόλλων αὐτὸν εἴργει.* in argumento Iliadis Φ. legitur: *Ἀχιλλέα δὲ Ἀπόλλων εἴργει.* *Homerus* Il. Φ. v. 599. *Αὐτὰρ ὁ Πηλείωνα δόλῳ ἀποέργαθε λαοῦ.* Quae in his Scholiis solvuntur Quaestiones, plerasque putem *Porphyrio* referri debere acceptas. Is saepe in talibus verbosus nonnunquam paucis sententiam exponit; veluti in his, quae leguntur in Ms. ad Iliada A. v. 426. ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ· *Ἄτοπον τὸ μὴ πορεύεσθαι εὐθὺς εἰς Αἰθιοπίαν. Λύεται δὲ ἐκ τοῦ καιροῦ· τοῖς γὰρ θεοῖς εὐωχουμένοις ἄτοπον ἐνοχλεῖν.*

V. 183. *Homeri* versuum alter in Il. Ω. 754. ubi recte *ἀμειλίχου*: alter, in Il. Θ. 57. ad quem lo-

cum *Porphyrii* meminit *Eustathius* p. 578. v. 50. et hanc, quam vulgamus adnotationem, ita respicit, ut mentem *Porphyrii* non satis videatur adsequutus. — Scripturam libri Leidensis fateor me interpolasse: uncis inclusa qua fuerint occasione praetermissa, facile liquet. Haec erat Ms. lectio: *χρείη ἀναγκαίη πρό τε παίδων καὶ ὑπὲρ γυναικῶν βούλεται λέγειν.* -- Deinde legebatur: *οὐ διὸς τύραννος λέγω ταῦτα.* Correxi: *οὐδὲ ὡς Τύραννος λέγω τ.* neque enim Graecis *ὁ Διὸς*, ut Latinis *Jovis* innotuerat. Tandem pro *τοι οὖν* reposui *τοι σύνδεσμος.* Olim scriptum fuerat *τοι συνδ.* nam solebant ista compendifieri, et non raro in Grammaticis uno ductu designari: in talibus nihil inconsiderate statuendum: nonnunquam viri docti commiscuntur, quae penitus sint in Mss. invisitata.

V. 247. Ms. praeferebat: *ταῖσῃ πράττει ἀπόλλὼνα, ἐ. κ. ἐπείθετο πρῶκλω·* edi curavi *τὰ ἴσα πράττει Ἀπόλλωνι, ἐπεὶ κἀκεῖνος ἐπέθετο Πατρόκλῳ· idem facit, quod ante fecerat Apollo, nam et is insidiose fuerat adortus Patroclum.* Hic, moribundus in Il. Π. v. 849. Ἀλλά με, inquit, *μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.* de Achille res e fine Iliadis Φ et huius initio patet. Nemini, opinor, mutatio videbitur nimia.

V. 251. Prius testimonium legitur in Il. E. v. 566. tum vero pro, *ὥστε ἀπὸ στρατοῖο δίεσθαι*, posui *ὡς τὸ, ἀπὸ μεγάροιο δίεσθαι*, ex Od. P. v. 398. Scholion olim editum *Barnesius* etiam interpolavit.

V. 254. Priora dederat Editor Iliadis in excerptis, e quibus *μάρτυρας καὶ ἀναδόχους, testes et sponsores*, recepi. Ms. praeferebat *μάρτυρας καὶ διαδόχους ποιήσωμεν· Salmasius* libro de modo Usur. vocis *ἀνάδοχος* istam significationem variis in locis illustravit. Quae succedunt, prioribus

subdebantur in Ms. quo pertineant, et sintne recte scripta, nihil attinet investigasse.

V. 274. Syllabam repetii, pro δι' αὐτῆς ponendo, δι' αὐτῆς τῆς ἀποτυχίας.

V. 280. Ms. ἐκ Διὸς κειδῆς·-- et ἔφησθ' ἐμὰν εἰδέναι. mendose.

V. 308. Paene eadem fuerant vulgata ex *Alamanni* excerptis. Quod in Codice Leidensi συστραφεὶς, in illis συστρέψας ἑαυτόν. *Eustathius* p. 1372. v. 40. Ἀλεὶς κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀθρόον συστρέψας ἑαυτόν. Quod in fine legitur notae sequentis τὸ μάλιον, *lanam* significat in Lingua Graecorum recentiori, illustratum *Car. du Cangio*, in Gloss. M. et I. G. *Meursius* etiam attigerat in Gloss. Gr. Barb. Talia rarissima reperiuntur in Scholiis libri Leidensis.

V. 318. *Homeri* loca petita sunt ex Od. N. v. 94. (Ms. ἔρχεσθαι ἀγγέλων) et Il. Ψ. v. 226. *Eustathius* p. 1373. v. 28. nonnulla promit ex hac adnotatione; in qua, πρὸ τοῦ ὁρίζοντος, si cum *Heringa* mutaveris in ἀπὸ vel ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος, nihil adeo supererit corrigendum.

V. 322. Futilis nota, perperam scripta, diutius me detinuit, quam oportebat. Pro τόσον et τόσσον, in Ms. erat τὸ συν τὸ σόν. Deinde legebatur τὰ τεύχη καὶ τείχη· reposui: τὰ τεύχη κατέχει. Locus *Homeri* habetur in Il. Σ. v. 378. Quae Cantabrigiensis ante *Barnesium* ediderat ad hunc locum, leguntur in Ms. Leidensi ad marginem Iliadis Ψ. v. 454. (ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν) pleniora: Ἀντὶ τοῦ ὅλον. οὕτω γάρ φησι πρὸς τὰ παρ' ὀλίγον τετελεσμένα. Οἱ δὲ Γλωσσογράφοι, Τόσον, ἀντὶ τοῦ σῶμα. Eadem habet *Eustathius* ad Il. Ψ. p. 1426. v. 50.

V. 325. Ex editis, in quibus insignis veteris Anatomici locus dudum legebatur, restitui, quae

deerant in Codice Leidensi, *Praxagorae* aliquot verba uncis a me inclusa. Vox σόμαχος bis posita describentis oculum fefellerat.

V. 358. Saepe prima Scholii litera omissa fuit; quod nihil attinet ubique adnotasse. Praecedentis notae dictionem ultimam προορῶμαι, continuo ductu sequebantur haec: ἡ ὁ ἐμὸς ϑ. Deinde, pro λοχηϑῆναι, in Ms. perperam λαχηϑῆναι. tandem locus *Homeri*, mendose scriptus, ex Il. Π. v. 859. fuit restitutus.

V. 375. Nota recentior nullis erat maculis foedata, nisi quod στοίχων pro στίχων, et ἀτέλειαν legebatur pro εὐτέλειαν. de nomine *Senacherimi*, profecto inexspectato, quid videatur, dicam in Dissert. subiecta.

V. 381. Ubi positum: τὸ Φίλτρον προϑεὶς τοῦ Φιλοτίμου· Ms. exhibebat προσϑείς.

V. 398. Egregium Scholion editum ita reprae-sentavi e Ms. ut, quae in illo deterius essent scripta, ex editis restituerim; ne quis omissas criminetur, hic ponam scripti libri lectiones: Ἀπορία: Διατί Ἀχιλλεὺς ϑανόντα σώζει (ed. διασύρει· posui σύρει·) τὸν Ἕκτορα; Λύσις: λέγομεν ὅτι οὐ διωμολόγηται, ὅσγε καὶ Ἠετίων Φονεὺς οὐκ ἐσύλευσεν.--- Deinceps insignis erat in *Callimachi* observatione, minime protrita, differentia: Σιμὸς γάρ φησι Θεσσαλὸς τὸ γένος Εὐρυδάμαντα τὸν Μηδίου κτείναντα σύραι Θρασύλον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἅψασθαι τοῦ νόμου πρῶτον. Ex his pauca recepi. Pro vulgatis, σύραι Φασὶν ἀποκτείναντα Θράσυνον, reposui, σύραι κτείναντα Θράσυλλον, abiecto verbo Φασὶν, sicuti iam fecerat *Rich. Bentleius*, quippe qui Θράσυλλον dudum ante *Barnesium* restituerit, ubi hoc Scholio utitur, in opere perfectissimo (p. 346.) quo, *Callimachi* fragmenta complexus, homines publici reverentes a Poëtarum

reliquiis colligendis deterruit. ἅψασθαι τοῦ νόμου non debuerat ab Editore Iliadis sollicitari: *Burnesius* eius coniecturam in contextum invexit.

V. 406. Secunda adnotatio legitur in editis ad v. 431. relata.

V. 414. Notissima ῥῆσις *Heracliti*, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, de qua *Kühnius* egit ad *Poll.* V. §. 163. sed quid sibi velit Epigramma in *Epicharmum*, et quo pacto debeant male sana integrari, nondum potui detegere.

V. 420. In Ms. legebatur mendosissime: πρῶτον προβάλλεται γεννῆσαι προκλεῖο. Reposui: προβάλλεται, Μνῆσαι πατρὸς σεῖο· Priami verba sunt Achillem alloquentis in Il. Ω. v. 486. expressit *Virgilius: fuit et tibi talis Anchises genitor.*

V. 431. Prima verba huius Scholii e lectione versus Homerici vulgata nequeunt intelligi; respiciunt aliam lectionem, ex editis Scholiis, et *Etymologo* p. 196. v. 17. eruendam: Ἕκτορ, τέκνον ἐμὸν, τί νυ βείομαι. In prioris Scholii ultima parte legebatur, οὐ σεύομαι διός· edidi: οὐ βέομαι Διὸς, ex Il. O. v. 194.-- οὔ τι Διὸς βέομαι Φρεσίν.

V. 431. b. Loca Homeri, prolata in *Porphyrii* adnotatione, reperiuntur in Il. Z. v. 113. Il. P. v. 447. Ad vocem Αἰὼν notata, in Il. T. v. 27. Il. Δ. v. 478. Il. Ω. v. 725. Il. X. v. 58. Od. E. v. 152. Od. Δ. v. 565. Od. N. v. 419. Od. Ξ. v. 96. non lubet hic reponere minutas scriptionis differentias: finem notae sic exhibet Ms. οὔτι ύ σση τυδ' ἴω παρὰ τὸ βαίνειν· hinc effingere debui lectionem quam posui: post verbum Βαίνειν haec legebatur Grammatici, Scholia in Il. Z. citantis, nota: Ζήτει εἰς τὴν Ἰλιάδα τοῦ Ζ.

V. 448. *Eustathius*, qui partem protulit huius Scholii p. 1384. v. 22. in corrupta Codicis lectione integranda mihi profuit. Priora verba ductibus lite-

rarum erant intricata; deinde legebatur: ἀλλ' ἀλαλάσθέντων αὐτῇ τ. μ. rescripsi: ἀλλὰ χαλασθέντων αὐτῇ τῶν μελῶν.

V. 452. *Callimachi* verba sic in libro Leidensi scripta, ἐκόλλησαν γάρ μοι ἀνία γούνατα, exstant in hymno in *Lav. Pall.* v. 83. ad hunc modum: ἐκόλλασαν γὰρ ἀνίαι Γούνατα. *Spanhemius* in Obs. p. 606. e Ms. eodem, quo usus sum, paulo aliter excitavit. In Excerptis *Aloysii Alamanni* iam legebantur: ἐκόλλησαν γὰρ ἀνία γόνατα. *Barnesius*, ita ut solent vulgari in Callimacheis, Dorice scripta, Scholiis interseruit.

V. 467. Et hanc adnotationem *Porphyrio* tribuendam censeo. Figuram ἓν διὰ δυοῖν plus semel illustravit *Eustathius.* Loca hic obvia sunt ex Od. A. v. 293. Il. Φ. v. 537. Il. B. v. 4. Il. K. v. 67. in eorum primo Ms. praefert: υὐτὰρ ἐπὴν πάντα.

V. 467. b. Ad Ἐκάπυσσεν eadem ferme in editis; et recte ἀπέπνευσε posuit, ante *Barnesium*, *Kusterus* ad *Suidam* in v. pro ἀνέπνευσε, quod verbo Ἄμπνυτο v. 475 explicando forte inservierat. Pro δι' οὗ, in edd. ἐξ οὗ.

V. 469. His observatis usus fuit *Eustathius* p. 1386. etiam illis, quae sic leguntur in Scholio nostro: καὶ νῦν Ἀμπυκίζειν, τὸ τὰς ἐμπροσθίους τρίχας ἀναδεῖν. Apud *Eustath.* ἐμπροσθίας reperitur: alterum, Attico more scriptum, mutandum non erat in observatione vetusti Grammatici: neque enim ista, νῦν Ἀμπυκίζειν, poterant a recentiori exspectari. E Lexicis suis *Eustathius* excitavit praeter alia: Ἀμπυκάσαι, ἀναδῆσαι, χαλινῶσαι, στεφανῶσαι. quae forma apud *Etymologum* etiam prostat. In fine Scholii, ubi Κρήδεμνον exponitur per ὑμοφόριον, quae citantur *Homeri* verba in Od. A. v. 334. leguntur, et aliquoties recurrunt. Pro σχομένη Ms. praebebat ἀχομένη. frequens vi-

tium multa loca corrupit. Quod *Scholiastae* dicitur ὠμοφόριον, *humerale*, μαφόριον vocat *Eustathius* l. c. v. 34. illa Graeca, haec ab origine deflectens recentiorum erat Graecorum perversa pronuntiatio. Μαφόριον et Ὠμοφόριον, saepissime, hoc tamen frequentius, in ultimi aevi scriptoribus invenerunt *Jo. Meursius* et *Carolus du Cangius*, in Glossariis suis laboriosis plurima notantes ad voces Μαφόριον et Ὠμοφόριον.

V. 471. Pro τῆς πηλέως εὐδαιμονίας, restitui τῆς πάλαι οὔσης εὐδαιμονίας· et, τῇ γραφικῇ pro τῆς γραφικ΄. haec facile poterunt removeri, si quis meliora comminiscatur.

V. 474. Priora e Ms. ediderat Cantabrigiensis. Locus *Homeri* habetur in Il. Z. v. 410. -- Quae ad versum dedi 494. rectius leguntur in editis. -- Sequentia ad v. 511. et 512. nullius sunt momenti, neque adeo digna, in quibus reficiendis haeream. Ad v. 511. pro αὐτοῦ posui αὐτῆς. Ad v. 512. pro συναφανίζουσα, συναφανίζουσι. Deinde ὅτι πάντα pro ὅτι ὄντα. -- Ad rariorem verbi formam Ὑπεμνήμυκε, v. 491. obviam, eiusque diversas lectiones, e variis Grammaticorum interpretationibus eruendas, nonnulla dici possent; sed quae satius fuerit omisisse. Absonum *Barnesii* commentum in Homero ὑπεμνήμνευκε reponentis tolerari nullo modo potest. Grammaticis, qui *Barnesium* induxerant in eum errorem, obversatum fuisse Ὑπεμνήμηκε, *Kusterus* ad *Hesychium* (in v. Ἐμνήμυνεν·) sagaciter animadvertit.

Sequi debuerat de Codice Leidensi Dissertatio; verum ante quam illa describeretur, malui carmen aliquod de elegantioribus, cuius argumentum ab Ho-

merico non multum dissideret, hoc in loco deponere; tum ut animum istis variarum lectionum nugis enotandis fessum recrearem; tum ut haberem, quod una cum Homerico possem Literarum studiosis nostratibus interpretari. Hos, persaepe de meliori luto formatos, multo plures erigerem in veterum monumentorum amorem; nisi plerique librorum premerentur antiquorum penuria. Placuit autem prae caeteris Doricum et purum Siciliensis *Moschi* Eidyllium in obitum *Bionis*, Pastoralium carminum Poëtae. Σικελιώτης rectè vocatur *Moschus* Syracusanus in Codice Vindeb. qui quatuor complectitur Eidyllia sub huius nomine vulgata, teste *Petro Lambecio*, Commentar. de Bibl. Caes. Vindeb. L. VII. p. 108. Moniti hinc discere poterunt adolescentes, quanta sit differentia inter Ionici vatis primaevam simplicitatem et recentioris Siculi Bucolici luxuriem elegantissimam.

ΜΟΣΧΟΥ
ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ
ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΒΙΩΝΟΣ
Βουκόλου Ἐρωτικοῦ.

Αἴλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ Δώριον ὕδωρ·
Καὶ ποταμοὶ κλαίοιτε τὸν ἱμερόεντα Βίωνα.
Νῦν φυτά μοι μύρεσθε, καὶ ἄλσεα νῦν γοάοισθε·

Ανθεα νῦν στυγνοῖσιν ἀποπνείοιτε κορύμβοις.
Νῦν ῥόδα Φοινίσσεσθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμώνα·
Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ
Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀδόνες, αἱ πυκινοῖσιν ὀδυρόμεναι ποτὶ φύλλοις,
Νάμασι τοῖς Σικελοῖς ἀγγείλατε τᾶς Ἀρεθούσας,
Ὅττι Βίων τέθνακεν ὁ βωκόλος, ὅττι σὺν αὐτῶ
Καὶ τὸ μέλος τέθνακε, καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Στρυμόνιοι μύρεσθε παρ' ὕδασιν αἴλινα κύκνοι,
Καὶ γοεροῖς στομάτεσσι μελίσδετε πένθιμον ὠδάν,
Οἵαν ὑμετέροις ποτὲ χείλεσι γῆρυν ἄειδεν.
Εἴπατε δ' αὖ κώραις Οἰαγρίσιν, εἴπατε πάσαις
Βιστονίαις Νύμφαισιν, ἀπώλετο Δώριος Ὀρφεύς.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Κεῖνος ὁ ταῖς ἀγέλαισιν ἐράσμιος οὐκ ἔτι μέλπει,
Οὐκ ἔτ' ἐρημαίῃσιν ὑπὸ δρυσὶν ἥμενος ᾄδει·
Ἀλλὰ παρὰ Πλουτῆϊ μέλος λάθαιον ἀείδει.
Ὠρεα δ' ἐστὶν ἄφωνα, καὶ αἱ βόες, αἱ ποτὶ ταύροις
Πλασδόμεναι, γοάοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Σεῖο, Βίων, ἔκλαυσε ταχὺν μόρον αὐτὸς Ἀπόλλων,
Καὶ Σάτυροι μύροντο, μελάγχλαινοί τε Πρίηποι·
Καὶ Πᾶνες στοναχεῦντι τὸ σὸν μέλος· αἴ τε καθ' ὕλαν
Κρανίδες ὠδύραντο, καὶ ὕδατα δάκρυα γέντο,
Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇς,
Κοὐκ ἔτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα· σῷ δ' ἐπ' ὀλέθρῳ
Δένδρεα καρπὸν ἔριψε, τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη·
Μάλων οὐκ ἔῤῥευσε καλὸν γλάγος, οὐ μέλι σίμβλων.
Κάτθανεν ἐν καρῷ λυπεύμενον· οὐκέτι γὰρ δεῖ
Τῷ μέλιτος τῷ σῷ τεθνακότος ἄλλο τρυγᾶσθαι.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Οὐ τόσον εἰναλίαισι παρ' ἀόσι μύρατο δελφὶν,
Οὐδὲ τόσον ποκ' ἄεισεν ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδὼν,
Οὐδὲ τόσον θρήνησεν ἀν' ὤρεα μακρὰ χελιδὼν,
Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο κῆϋξ.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Οὐδὲ τόσον γλαυκοῖς ἐνὶ κύμασι Κηρύλος ᾄδεν,
Οὐ τόσον ἀῳοῖσιν ἐν ἄγκεσι παῖδα τὸν Ἀοῦς,
Ἱπτάμενος περὶ σᾶμα, κινύρατο Μέμνονος ὄρνις,
Ὅσσον ἀποφθιμένοιο κατωδύραντο Βίωνος.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀδονίδες, πᾶσαί τε χελιδόνες, ἅς ποκ' ἔτερπεν,
Ἃς λαλέειν ἐδίδασκε, καθεσδόμεναι δ' ἐπὶ πρέμνοις
Ἀντίον ἀλλήλαισιν ἐκώκυον· αἱ δ' ὑπεφώνευν
Ὄρνιθες. λυπεῖσθε πελειάδες ἄλλὰ καὶ ὑμεῖς.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Τίς ποτὶ σᾷ σύριγγι μελίσδεται, ὦ τριπόθατε;
Τίς δ' ἐπὶ σοῖς καλάμοις θάσει στόμα; τίς θρασὺς οὕτως;
Εἰσέτι γὰρ πνείει τὰ σὰ χείλεα καὶ τὸ σὸν ἆσθμα.
Ἀχὼ δ' ἐν δονάκεσσι τεὰς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς.
Πανὶ φέρω τὸ μέλισμα· τάχ' ἂν κἠκεῖνος ἐρεῖσαι
Τὸ στόμα δειμαίνοι, μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Κλαίει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἂν ποκ' ἔτερπεν
Ἑσδομέναν περὶ σεῖο πὰρ' ἀϊόνεσσι θαλάσσης.
Οὐ γὰρ ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο, τὸν μὲν ἔφευγεν
Ἁ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ' ἀδὺ ἀπέβλεπεν ἄλμας·
Καὶ νῦν, λασαμένα τῶ κύματος, ἐν ψαμάθοισιν
Ἔσδετ' ἐρημαίῃσι, βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν,
Παρθενικᾶν ἐρόεντα φιλάματα, χείλεα παίδων;

Καὶ ατυγνὸν περὶ σᾶμα τεὸν κλαίουσιν Ἔρωτες.
Ἁ Κύπρις Φιλέει σε πολὺ πλέον, ἢ τὸ Φίλαμα,
Τὸ πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα Φίλασε.
Τοῦτό τοι, ὠ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος,
Τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος· ἀπώλετο πράν τοι Ὅμηρος,
Τᾶνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα· καὶ σὲ λέγοντι
Μύρεσθαι καλὸν υἷα πολυκλαύστοισι ῥεέθροις·
Πᾶσαν δ' ἔπλησας Φωνᾶς ἄλα· νῦν πάλιν ἄλλον
Ὑιέα δακρύεις, αἰνῷ δ' ἐπὶ πένθει τάκη.
Ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι· ὃς μὲν ἔπινε
Παγασίδος κράνας, ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθούσας.
Χὠ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα,
Καὶ Θέτιδος μέγαν υἷα, καὶ Ἀτρείδαν Μενέλαον.
Κεῖνος δ' οὐ πολέμως, οὐ δάκρυα, Πᾶνα δ' ἔμελπε,
Καὶ βώτας ἐλίγαινε, καὶ ἀείδων ἐνόμευε,
Καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἁδέα πόρτιν ἄμελγε,
Καὶ παίδων ἐδίδασκε φιλάματα, καὶ τὸν Ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἥρεσε τὰν Ἀφροδίταν.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πᾶσα, Βίων, θρηνεῖ σε κλυτὰ πόλις, ἄστεα πάντα.
Ἄσκρα μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο·
Πίνδαρον οὐ ποθέοντι τόσον Βοιωτίδες ὕλαι·

Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐρυμνά·
Οὐδὲ τόσον τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο Κήϊον ἄστυ.
Σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος· ἀντὶ δὲ Σαπφοῦς
Εἰσέτι σεῦ τὸ μέλισμα κινύρεται ἁ Μιτυλάνα.
Πάντες, ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα, βωκολιασταὶ
Ἐκ Μοισᾶν, σέο πότμον ἀναιλαίουσι θανόντος·
Κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμου κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν,
Ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι Φαιδρὸς ἰδέσθαι,
Δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς·
Ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος. αὐτὰρ ἐγώ τοι
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ' ἄν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητάς,
Κληρονόμως μώσας τᾶς Δωρίδος ἄμμε γεραίρων.
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειψας ἀοιδάν.
Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Αἰ αἰ, ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ἴλωνται,
Ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό, τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
Ἁμμὲς δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ·
Ταῖς νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν.
Τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶδες.
Πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κοὐκ ἐγλυκάνθη;
Τίς δὲ βροτὸς τοσσοῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράων τοι,
Ἢ δοῦναι καλέων τοι Φάρμακον, ἔκφυγεν ὠδάν·

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας· ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθει τῷδε
Δακρυχέων τεὸν οἶτον ὀδύρομαι· εἰ δυνάμαν δὲ,
Ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεύς,
Ὡς πάρος Ἀλκείδας. κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δόμον ἦλθον
Πλουτέος, ὥς κεν ἴδοιμι, καὶ εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις,
Ὡς ἂν ἀκουσαίμην, τί μελίσδεαι. ἀλλ' ἐπὶ Κώρᾳ
Σικελικόν τι λίγαινε, καὶ ἁδύ τι βωκολιάσδευ·
Καὶ κείνη Σικελαῖς καὶ Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν
Αἰόσι, καὶ μέλος ἦδε τὸ Δώριον· οὐκ ἀγέραστος
Ἔσσειθ' ἁ μολπά· χὡς Ὀρφεῖ πρόσθεν ἔδωκεν
Ἀδέα Φορμίσδοντι παλίσσυτον Εὐρυδίκειαν,
Καὶ σὲ, Βίων, πεμψεῖ τοῖς ὤρεσιν. εἰ δέ τι κἠγών
Συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλουτεῖ καὐτὸς ἄείδον.

IN MOSCHI EPITAPHIUM BIONIS.

Moschi versiculos aliquot, in Editionibus *Vulcanii*, *Heinsii*, et *Davidis Whitfordi*, praetermissos, in sedem restitui legitimam, e qua male fuerant eiecti: sunt autem sex illi, qui nonagesimum tertium proxime sequuntur. Equidem miror, qui tandem Criticis potuerit in mentem venire, sex istos versus esse *Marci Musuri*, ad codicis Aldini lacunam supplendam ab homine Poëtico scienter edolatos: Μουσούρου nomen in Editione sua versui 94 adposuerat *Fulvius Ursinus*. Res est exploratae veritatis, a *Musuro* fuisse repertos in Codice vetusto: hoc monuit *Jos. Scaliger*, Emend. in *Moschum*, p. 231. esse autem *veros Moschi filios*, idem ille indicavit, a cuius opinione hac in re dissentire non debuerant. Poterunt humaniorum literarum studiosi sex istos *Moschi* versus comparare cum Ecloga *Theocriti* septima, quam omnium Reginam vere nuncupabat *Daniel Heinsius*; praesertim cum v. 37, et seqq. ac eadem opera *Theocriti* versum, qui istos proxime antecedit, integrare, pro, ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ἀὼς, legendo:

Ἀλλ' ἄγε δὴ, (ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ᾠδὰ),
Βωκολιασδώμεσθα.

Apollonius Rhodius III, 173.

Ξυνὴ γὰρ χρειὼ, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασιν
Πᾶσιν ὁμῶς.

Qui carmen *Moschi*, prouti fuit renovatum, legerunt, mirabuntur forte nonnulli, quamobrem totiesreceptis lectionibus novas substituerim; et hanc paene nimiam licentiam dictitabunt, ubi cognoverint, nullo scripto codice instructum hoc tamen facinus me perpetrasse: sed hi velim cogitent, pleraque aut leviora esse, aut ita certe in melius mutata, ut in illis codicum consensus non adeo videretur haec in usum adolescentum evulganti nunc quidem exspectandus. Doricae dictionum formae frequenter fuerant in hoc *Moschi* carmine obliteratae: eas, ubi prudenter illud fieri poterat, revocavi. Noveram, haec non esse ad vetustissimae Linguae normam exigenda, et *Moscho* placuisse Doricam, ad Ionismum in nonnullis inclinantem, scribendi consuetudinem: idcirco tantum formas adoptavi Doricas, quas e similium comparatione liquido constaret a Syracusano Poëta positas.

Quis enim, huius partis paulo studiosior, absonam toleraret priorum et Heinsianae editionis in uno carmine et in iisdem saepe dictionibus inconstantiam? dederat *Heinsius* τέθνηκε, v. 7. et 11. τέθναχε, v. 12. 55. | τῆς Ἀρεθούσης, v. 10. τᾶς Ἀρεθούσας, v. 78. | σῆμα, v. 68. σᾶμα, v. 44. | Φιλήματα, v. 67. Φιλάματα, v. 84. etc. | ἠόσι, v. 37. ἀόσι, v. 129. | κούραις, v. 17. κώρᾳ, v. 126. | βούτα, v. 66. βώτας, v. 82. | (Μοισῶν, v. 95.) Μοισᾶν, v. 66. | Φορμίζοντι, v. 131. μελίσδεο, v. 61. etc. | Haec, et similia, quae facillime poterant e comparatione, paulo consideratius instituta, et ad aurium iudicium exacta, refici, nihil erat causae cur perverse scripta reponerentur. Satis meminеram eorum, quae *Gellius*, N. A. XIII, c. XX.

acute disputavit, *diversis in locis* urbes *et* urbis *dixisse Virgilium, arbitrio consilioque usum auris; Homerum autem, cum dixerat* ψῆρας, *alibi posuisse* ψαρῶν, *ut obsecundaret soni iucunditati:* sed putabam, horum similiumque rationem ab istis *Moschi* non parum esse disparatam. Ferme tricies formae communes fuerunt in hoc carmine mutatae; in quinque vel sex dictionibus praeiverat *David Whitfordus*: nonnullas sciens intactas reliqui; quoniam nihil in illis sine libris veteribus videbatur novandum. Praeterea tres quatuorve correctiones in contextum introduxi. Carminis initio sic fuerat v. 6. vulgatum:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ
πλέον αἰ αἰ
Λάμβανε σοῖς πετάλοισι. καλὸς τέθυκε μελικτάς.

Qui veterem historiam copiose tractavit, *Salmasius* in *Plin.* Exercit. *Moschi* locum praetermisit: etiam aliis verbum Λάμβανε hac in sede suspicor displicuisse. Plerique, qui quidem sunt Κριτικοὶ, fatebuntur, pristinam restituisse me *Moschi* scripturam, reponendo, Βάμβαλε. De hac correctione propterea minime dubitandum censebam, quod Illi potueram eam approbare, qui, nemine non tribuente, primum tenet in his literis locum. Flos hyacinthus dudum habuerat foliis inscriptos Apollinis gemitus; (neque enim de Aiace cogitavit noster.) nunc vero, dum alter veluti Hyacinthus, Biou male perierat, funestas literas suas eloqui iubetur, et tremulo foliorum motu saepius repetitum suum edere gemitum, ai, ai:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ
πλέον αἰ αἰ
Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.

Eleganter hyacinthum dixerat *Euphorion* γεγραμμένα κωκύουσαν, in eo loco, quem, e *Porphyrio* citatum ab *Eustathio* ad Il. B. p. 216. v. 12. conservavit *Schol. Theocrit.* ad Eid. X. 28. quemque, *Heinsio* et *Salmasio* minus intellectum, enodavit *Tib. Hemsterhusius* ad *Lucian.* T. I. p. 240. et 241. Duplex innotuit verbi forma: *Hesychius*: Βαμβάλλειν (sic legendum) τρέμειν, ψοφεῖν τοῖς χείλεσι. Altera, Βαμβαίνειν, quoniam fuerat ab *Homero* usurpata, notior fuit Grammaticis; ponitur autem Βαμβαίνειν *titubandi* significatu: sicuti *titubare* de gressu dicitur et de lingua; ita et Βαμβαίνειν· inter alia redditur ab *Etymologo*, ἀνάρθρως λέγειν· quae interpretatio, si spectes originem, congruit etiam verbo λαλεῖν· et venuste *Moschus*, λάλει et βάμβαλε, de hyacinthi foliis in uno loco posuerat. Propter *Ursini* librum attingam, qui potuerat alias omitti, *Bionis* locum e fragm. Eid. IV. hoc modo corrigendum:

Ἤν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινὰ μέλπω,
Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει.

Quae sequuntur sunt pervenusta: sed in istis, quae posui, vulgari solet ἀθάνατον, et Καμβαίνει. *Aemilius Portus* magno nisu conatur ostendere in suo Diction. Dor. Καμβαίνειν verbum esse Graecum: de *Porto*, qui erat ab ea parte, qua iudicamus, non paratissimus, minus illud est mirandum, quando *Vulcanius*, *Grotius*, et *Heinsius* in locum *Moschi* receperunt dictionem minime Graecam; quamque dudum emendate scriptam exhibuerat *Henr. Stephanus* in Thes. Gr. L. T. I. p. 632. quid genuinum sit, ubi lectionem utramque memorat, non decernit *Ezechiel Spanheimius* ad *Callim.* p. 198. In Editione renovata operis Ursiniani repe-

rietur Βαμβαίνει, in *Moschi* versu, ad *Virgil.* Eclog. VI, 3. verum *Ursinus* scripserat καμβαίνει· olim literam κ in β transmutaveram: nollem factum: nam βαμβαίνει introduxerunt in hanc editionem, ubi error *Ursini* non fuerat corrigendus. In Eidyllii nostri versu 30. unam literam addendo, *Moschi* sententiam arbitror fuisse restitutam:

Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇς,
Κοὐκ ἔτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα.

Quoniam mortui Bionis vocem non posset amplius imitari, idcirco lugebat Echo: antea legebatur: ὅττι σιωπῇ. *Whitfordus* interpretabatur:

Et quoniam muta est in montibus, ingemit Echo.

Versum 40. intactum reliqui:

Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο Κήϋξ.

quem *Bonaventura Vulcanius* Latine converterat:

Nec tantum Halcyones tetigere Ceyca dolores.

Quae posuit *Whitfordus*, historiae, minus autem versui nostro conveniunt. Nemo Poëtarum veterum paulo diligentior negabit, Ceyca Graece dici potuisse Ἀλκυόνος ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχεσθαι· verumtamen, huic loco ἴαχε multo esse accommodatius, non diffitebitur, qui vicinos versus propius consideraverit: in illis occurrunt verba, μύρατο, ἄεισε, θρήνησε· commode successit ἴαχε. hoc primum in ἴσχε, deinde ut versus suppleretur hiatus, ab homine non indocto mutatum, degeneravit in ἴσχετο. Qui *Hesychium* tractarunt, haud ignorant, ἴσχε et ἴαχε frequenter a librariis fuisse commutata. Scripserat itaque, mea certe sententia, *Moschus:*

Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴαχε Κήϋξ.

Ovidius XI. Metam. v. 544.

Halcyone Ceyca movet; Ceycis in ore
Nulla nisi Halcyone est.

v. 562.

Plurima nantis in ore
Halcyone coniux: illam meminitque refertque.

Ob eamdem rationem, quae me praecipue movit ad illud *ἴσχετο* corrigendum, moribus et doctrina minime vulgari insignis Adolescens, qui hic nobiscum sacra tractat Musarum, ingeniose versum huius carminis quartum emendavit; sed ipsius verbis acutissimum inventum Doctis explicari melius erit. Versus 59. sic vulgabatur:

Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος, ἄν ποκ' ἔτερπες.

Sensum arbitror me planum effecisse, scribendo:

Κλαίει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἄν ποκ' ἔτερπεν.

De versibus 28, 113, 114, quid sentiam, et quo modo dictiones quasdam, praeter eas, quas indicavi, hoc in carmine tentari posse suspicer, privatim indicare malo. Unam e lectionibus Editionis *Fulvii Ursini* recepi in v. 99. Illa, praeter alia, v. 3. *γοάοιτε* et v. 98. pro *χέει* exhibet *ῥέει*· quae non improbem, si veterum librorum firmarentur auctoritate. *πολυκλαύτοισι* legitur v. 74. in eadem Editione, pro *πολυκλαύστοισι*· quod qui mutandum censuerit in *πολυκλύστοισι*, a meo iudicio non dissidebit. Sed maioris est ponderis, et profecto venustum, quod mecum communicavit *Adrianus Heringa*, in versu 90, ubi memoratur Λέσβος ἐρυμνὰ, sibi videri legendum:

Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐρανναί.

Eam in rem egregii sunt versus e *Phanoclis* Elegia,

apud *Stobaeum* Floril. p. 400. v. 5. sic de Lesbo loquentis:

Ἐκ κείνου μολπαί τε καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
Νᾶσον ἔχει· πασέων τ' ἐστὶν ἀοιδοτάτη.

Quae versum huius carminis ultimum insidebat, menda tamen videbatur tollenda: neque enim facile quis mihi persuaserit, scribere potuisse Moschum:

εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδεν δυνάμην·

Illud extra controversiam erat positum, posse *Moschum* scienter *συρίσδεν* artem Musicam supra fatebatur a Bione se didicisse, et accepisse veluti haereditate traditam, v. 101.

Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ', ἄν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητὰς,
Κλαρονόμος μώσας τᾶς Δωρίδος ἄμμε γεραίρων.
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειψας ἀοιδάν.

ita legendum puto pro Κλαρονόμως. Haec qui scripserat, in ultimo versu canere non potuit:

εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδεν δυνάμαν,

sed poterat merito dubitare, si descensus illuc pateret, utrum carmina sua quidquam essent apud Inferum Iovem valitura. Posuerat itaque:

εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλουτεῖ καὐτὸς ἄειδον.

Nota sunt bene ominata Principis Poëtae verba, IX. Aen. v. 446.

si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet aevo.

LUDOVICI C. VALCKENARI

DISSERTATIO

De Praestantissimo Codice Leidensi et de Scholiis in Homerum ineditis.

Scriptus Codex Leidensis, qui Scholia in Iliada *Homeri* XXII. subministravit, iam olim in Anglia eminebat inter ducentos quatuordecim Codices Graecos, quibus, prope Windsoram habitantis, *Isaaci Vossii*, viri praestantissimi, suppellectilis istius dives exornabatur Bibliotheca. In Catalogo Mss. *Is. Vossii*, quem, a *Paulo Colomesio* confectum, *Colomesii* operibus subiecit *Io. Albertus Fabricius*, p. 852. commemoratur *Homeri Ilias, cum Scholiis antiquis ineditis, quorum saepe mentionem facit Eustathius.* Istum Codicem acceperat *Vossius* e bibliotheca Nobilissimi *Nicolai Claudii Fabricii de Peiresc*, qui omnibus bonis literarumque studiosis flebilis decesserat anno superioris seculi XXXVII. *Colomesius*, ubi undecim praecipuos enumerat *Is. Vossii* Codices Mss. Graecos, secundo loco *Homerum* recenset, p. 330. sub hoc indice: *Des Notes de Porphyre, et de plusieurs autres sur Homere, qui viennent de la Bibliotheque de M. Peiresc.* Postquam thesaurum *Is. Vossii* librarium Mss. sibi compararant, et in Bibliothecam Leidanam transferri

iusserant Illustrissimi Hollandiae Proceres, in Catal. Bibl. Lugduno-Batavae, p. 594. inter Mss. *Vossianos* Gr. primi ordinis, Codex LXIV. hoc modo fuit designatus: *Homeri Ilias cum interlineari expositione minio scripta, et scholiis ad marginem densissimis, ut dicitur, 4o. Grammaticorum veterum, quorum saepe mentionem facit Eustathius.* Quibus libri est inspiciendi copia, poterunt eum comparare ad illa, quae L. VI. de vita Peireskii, p. 230. tradidit *Petrus Gassendus.*

II. Praestantissimus Codex complectitur viginti tres Iliadis libros cum Scholiis, hac etiam in parte Lipsiensi Bibl. Paulinae anteponendus, quo sedecim tantum contineri Libros Iliadis priores, a *Berglero* accepimus, in Actis Lipsiens. anni MDCCXII. p. 316. et a Doctissimo Viro, qui sub Honorifico Homerophili nomine latere voluit in Misc. Observ. D'Orvillianis Vol. V. p. 162. Desinit noster (liceat sic vocasse) in Iliade Ψ, cuius ultima ita sunt erosa, ut legi pleraque non possint. Postrema Codicis folia, quae olim Iliada ultimam continuerant, madore corrupta, forte ab eo fuerunt abiecta, qui librum eleganter compegerat: est enim Codex chartaceus, ad aliorum, quos Leidae versavi plurimos, antiquitatem non comparandus, sed nitide scriptus; et plerumque tanta cum cura contextus Homericus in co libro legitur exaratus, ut eius discriptorem non tantum oporteat fuisse Graece scientem, sed et elegantiarum Poëtae non penitus expertem. Quanquam autem Codex non sit admodum vetustus, poterant tamen universa Scholia ex antiquissimo esse descripta: verum censeo, Codicem Leidensem demum scriptum fuisse, posteaquam *Eustathii* in *Homerum* commentarii ab Auctore fuerant in vulgus editi, doctis saltem innotuerant. Scholiis vetustis libri Leid. et alia recentiora,

et nonnulla sub nomine Εὐσταθίου fuerunt interserta; praeterea *Eustathii*, in re minuta, credo, ut commentatori crearet invidiam, sententiam commemorat Scholiorum collector ad Il. O. v. 558. Ἰστέον, ὅτι κατ' Εὐσταθιον ὀξύνεται (scripserat παροξύνεται, ut *Eust.* p. 1037. v. 20.) τὸ Κτάσθαι, ὡς ἐκ τοῦ δευτέρου ἀορίστου τοῦ ἔκτα γιγνόμενον, καὶ προσθέσει τῆς σθαι συλλαβῆς Κτάσθαι. Quid suspicer, dicere non dubitabo.

III. Plurimos in commentariis suis passim nominat *Eustathius*, qui *Homerum* olim illustraverant, Grammaticos, sed quorum scripta, hominum, in homiliis describendis fructuosius occupatorum, negligentia dudum perierant. Is mihi quidem legisse tantum videtur *Apionis* et *Herodori* in Iliada commentarios, *Demosthenis Thracis* Paraphrasin Odysseae, *Porphyrii* adnotationes in utriusque Poëmatis loca difficiliora, praeterea vetusta diversorum, quorum Auctores ignorabantur, in variis *Homeri* exemplaribus *Scholia*. Suspicatus, neque id iniuria, eorum etiam, quos legerat, scripta peritura, Vir Egregius ex illis, quos dicebam, παρεκβολὰς, sive *excerpta* sua, atque adeo magnam confecit commentariorum in *Homerum* partem, quos iam ediderat seculo XII medio, quum, necdum creatus Thessalonicensis Archiepiscopus, Μαΐστωρ esset τῶν Ῥητόρων, uti recte ostendit e Codicibus Mss. *Alexander Politus*, in suo de *Eustathio* comment. p. XIX. Praeter *Michaëlem Psellum*, quem amicum habuit *Eustathius*, fuerunt ipsius non tantum aevo, sed et seculis sequentibus, ad medium usque decimi quinti, quo cum Musis secesserunt in Italiam, homines in Graecia Eruditi, quique et *Homero* delectarentur, et Veterum Grammaticorum, quibus usus fuerat *Eustathius*, custodirent observata. Horum quempiam credibile est, sive invidia

ductum, seu nimia operis Eustathiani mole, sive alia causa magis probabili commotum, sub finem seculi XII, dum Episcopus noster ἐν τῇ θείᾳ αὐλῇ Thessalonicae melioribus curis vacabat, Iliada descripsisse *Homeri*, et in margines exemplaris sui prae ceteris studiose retulisse *Porphyrii* observata, sed et aliorum *Scholia* veterrima, quae e variis Codicibus hauserit; his autem sua etiam, et nonnulla *Eustathii*, ut is videretur tam pauca priorum inventis adiecisse, passim interseruisse. Huius Codicis, sive collectionis, ἀπόγραφον librum suspicor esse Leidensem, ante quadringentos circiter annos demum scriptum. Videaturne haec mea coniectura verisimilis, Docti iudicabunt. Aliam de collectore Scholiorum coniecturam loco magis opportuno deponam. Illud interim certum haberi debet, post editos ab *Eustathio* commentarios Scholia nostra in eum ordinem, quo Leidae leguntur, fuisse collecta; esse autem illa variorum Grammaticorum observata, et veterum et recentiorum, studiose discernenda; quod de plerisque in quosvis Auctores Scholiis, e diversis Codicibus, a primis Editoribus, aut etiam iam ante, collectis, omnino videtur statuendum.

IV. Scholia in Iliada *Homeri* ex isto suo Codice aliquando editurum se, pollicitus fuerat *Is. Vossius*, in Observ. ad *Melae* L. I. c. IX. §. 80. et ad L. II. c. III. §. 85. quod Vir Eximius *Io. Alb. Fabricius* adnotare non praetermisit, B. G. L. II. c. III. §. 13. Verum quamprimum operi manum admovisset, si bene perspectum habeo *Is. Vossii*, rariora tantum consectantis, ingenium, destitisset ab incoepto; et brevi etiam post prius illud suum consilium videri poterat damnasse: neque enim Scholia in *Homerum* inter eos recensentur Auctores, quos, in *Colomesii* opusculis p. 352. memora-

tos, in lucem vulgaturum se amico dixerat *Vossius*. In eorum locorum, quae designabam, altero, ad *Melam* p. 154. profert ex ineditis Scholiis nonnulla; in altero p. 59. attigit tantum insignem *Porphyrii* adnotationem, de magnitudine Thebarum in Aegypto copiose agentis, ad *Hom.* Il. I. v. 385. in media ista adnotatione leguntur quae *Vossius* respicit verba: ut cum Scholiis *Horneianis*, et *Steph. Byz.* in Διόσπολις possint illa comparari, e Ms. hic deponam:

> Ὡς δὲ Κάτων ἱστορεῖ, ἡ Διὸς πόλις, ἡ μεγάλη, πρὸ τοῦ ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι, κώμας μὲν εἶχε τρισμυρίας τρισχιλίας τριάκοντα, ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ἑπτακοσίας, ἑκατὸν δὲ πύλαις διεκοσμεῖτο.

V. Quum hoc genere studiorum, quae olim Ornatissimi viri fuerant deliciae, sub finem vitae non amplius delectaretur a *Is. Vossius* (et persaepe,

> *ubi iam validis quassatum est viribus aevi*
> *Corpus, et obtusis cecideruut viribus artus;*
> *Claudicat ingenium.*)

Codicem Homericum utendum concessit, iam intra annum 1670 et 1680, publico nomine in Anglia agenti, *Ezechieli Spanhemio*, qui, dum munera a Principibus et Regibus demandata praeclare administrabat, in ultimam usque senectutem, hac etiam in parte *Vossio* dispar, sacra tractare Musica nunquam desiit. In editionis Dissertationum de Praest. et Usu Numism. renovatae volumine primo, quod vivo adhuc Auctore fuit emissum anno 1706. Dissert. II. p. 85. sic scribit Vir Illustris: „Exstat illud „(*Ephori* testimonium de *Callistrato* Samio,) in „antiquissimis ac ineditis hactenus ad Homeri Iliada „Scholiis, quae complectitur Codex vetustus Biblio„thecae nuper Doctissimi Is. Vossii, quemque ob„via eius humanitate versare olim Windsorae, ubi

„publico mandato in comitatu Regis Britannorum „Caroli II. tum agebam, mihi ante complures an„nos contigit.“ Codicem istum ita versavit in aedibus Vossianis *Spanhemius*, ut inde excerpserit, quae videbantur usui futura, quod ex ipsius in *Callimachum* Observationibus, p. 193. licet aestimare. Et tredecim adnotationibus, quas in iis Obs. protulit e libro Vossiano, prima, p. 74. posita, emendatius scripta exstat in Scholiis editis, ad Il. Δ. 101. ubi recte dicitur Apollo τεσσάρων τεχνῶν ἔφορος. Quod in Ms. legitur εὔφορος, recepit et interpretatur *Spanhemius*. Recordor in eadem voce peccatum in Scholio *Porphyrii* ad Il. Λ, v. 636. subiecto Animadv. in *Ammon.* p. 244. ubi, cum scribi debuisset: ἐκ μέσου δὲ πᾶν εὔφορον, repraesentaveram lectionem Ms. πανεύφορον. - - Secunda adnotatio, p. 78. obvia, potuisset cum *Eustathio* ad Il. Π. p. 1082. v. 56. comparari, et e diversis vera lectio erui. Quae *Spanhemius* p. 193. e Ms. promit *Porphyrii* verba, pleniora legebantur in Codice, unde fuerant descripta, sub nomine

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ:

Οὐκ οἶδ' ὅθεν τῶν Γραμματικῶν τινὲς τὸ [Αἴολον ἐπὶ τοῦ ποικίλου παρ' Ὁμήρῳ ἀκούειν ἀξιοῦσιν· Οὕτω γοῦν τὸ] Αἰολοπώλους ἀποδιδόασι, καὶ, Πόδας αἴολος ἵππος - - - -

uncis inclusa in editione *Graevii*, forte a *Spanhemio*, fuerunt omissa. Verum haec totidem verbis dudum sub nomine *Porphyrii* legebantur in Quaest. Homer. c. III. initio. Cetera, quae in istas Observationes e *Vossiano* libro derivavit, ex indice poterunt repeti, praeter illa, quae in fragmentis *Callimachi* fuere deposita, p. 278. 294. et 295. Et haec et alia excutere nolo, ne cui videar ambitiose consectari levissimos excellentis Viri errores, cuius doctrinae copiam raros putem adsequutos: neque

adeo est mirandum, *Spanhemium*, qui in numismatibus scienter tractandis vitae partem consumserat, in erroribus librariorum investigandis et in iis quae ad veri nominis Criticen spectant, non fuisse perspicacissimum.

VI. In notis ad *Aristophanis* Plutum, et Nubes, quas morti iam vicinus ad *Kusterum* allegavit *Spanhemius*, quater meminit Scholiorum e Ms. Vossiano; ad Pluti v. 536. ad Nubes, v. 973. v. 1236. et ad v. 271. ubi quod nuspiam legi putabat vir Literatissimus, *Meursio* etiam in Soloue, ni fallor, praetermissum, ex eadem adnotatione attigerat *Eustathius* ad Il. P. p. 1143. v. 6. his autem verbis (quorum sententiam tantum indicavit *Spanhemius*) traditur in Scholio *Porphyrii* inedito ad *Hom.* Il. P. v. 263, 264, 265.

(Ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προχοῇσι Διϊπετέος ποταμοῖο
Βέβρυχεν μέγα κῦμα ποτὶ ῥόον, ἀμφὶ δέ τ' ἄκραι
Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω·)
Αὕτη ἡ εἰκὼν Πλάτωνος ἔκαυσε τὰ ποιήματα. οὕτως ἐνεργέστερον τοῦ ὁρωμένου τὸ ἀκουόμενον παρέστησε. δεικτικὸν δὲ καὶ τὸ, Ἐρευγομένης. τὸ δὲ Ἔξω, τὴν ἐπιπλεῖστον ἔκχυσιν τῆς θαλάττης δηλοῖ. Φασὶ δὲ καὶ Σόλωνα τὸν νομοθέτην, μιμησάμενον τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἐν ἅπασιν, ἐνθάδε γενόμενον διαπορῆσαι, καὶ θαυμάσαντα κατακαῦσαι πάντα τὰ ἴδια σκέμματα, ὡς καὶ Πλάτωνι. τῆς γὰρ ἐπαλλήλου τῶν ὑδάτων ἐκβολῆς ἡ τοῦ Βοόωσιν ἀναδίπλωσις ὁμοίαν ἀπετέλεσε τὴν συνῳδίαν.

Quae sequuntur in Ms. videntur a Scholiorum collectore *Porphyrianis* adiecta. In Opere de Praestantia et Usu Numism. obiter quaedam Scholia e Ms. attigit *Spanhemius*, veluti in Vol. II. Diss. X.

p. 15. Vol. I. Diss. VIII. p. 455. Diss. VI. p. 311. Insigne et vetustissimum Scholion, quod Diss. II. p. 85. evulgarat, Animadv. in *Amm.* subieci p. 242. *Spanhemius* lectionem Ms. expressit: Οὐχ οἱ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν περὶ πάριν τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες· et in versione posuit *ante Paridem*. Edidi: παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλ. non male, opinor; verumtamen istius mutationis Lector debuisset admoneri. Videri autem queat illud Scholion legisse *Tzetzes*, *Salmasio* citatus in perdocta de Literis Graecis dissertatione.

VII. Praeterea in Animadvers. Gallicis quas subiecit *Spanhemius* observatis in Versionem Gallicam Caesarum *Iuliani*, nonnulla e Ms. nostro excitavit Scholia, non magni momenti, pagg. 12. 22. 30. 33. 110. 125. sed in Anim. ad Observ. 503. p. 74. ex eodem libro *Vossiano* adnotationem protulit, quam *egregiam* vocat et partim illustrat Clariss. *Hemsterhusius* in notis ad argum. Pluti *Arist.* p. 7. et 8. Quoniam vero *Spanhemius* nonnulla intermedia, quibus *Heraclidae* obscuratur observatio, alia item praetermisit, pauca perperam posuit; eamdem adnotationem vetustissimi Grammatici, cuius, *Porphyrio* forte antiquioris, nomen ignoramus, prouti in ipso Codice eleganter scripta legitur, ad Il. I. v. 378, hic repraesentabo:

> Ἐν καρὸς αἴσῃ.] Ἀπὸ τῶν Καρῶν, οὓς ἀεὶ λοιδορεῖ ὁ Ποιητής· οἷον, ἐν μοίρᾳ Καρὸς, οἱονεὶ δούλου. Τὸ καρὸς, Ἀλκαῖος μὲν ὁ ἐπιγραμματοποιὸς ἐγκέφαλον ἤκουσεν, ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ κάρᾳ εἶναι· τὰ γὰρ παλαιὰ τῶν γραϊδίων ἀποῤῥίπτει τὸν ἐγκέφαλον. λέγει οὖν τὸ,
>
> — — τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ,
>
> τουτέστι, τιμῶμαι αὐτὸν, ἐν ᾗ μοίρᾳ αἱ γυναῖκες τὸν ἐγκέφαλον. Ἀρχίλοχος δὲ, τιμῶμαι αὐτὸν ἐν μισθοφόρου καὶ τοῦ τυχόντος

στρατιώτου μοίρα. Λυσανίας δὲ ὁ Κυρηναῖος, καὶ Ἀριστοφάνης, καὶ Ἀρίσταρχος, ἓν κηρὸς μοίρα φασὶ λέγειν τὸν Ποιητὴν, Δωρικῶς μεταβαλόντα τὸ η εἰς α. Νέσος δὲ ὁ Χῖος καὶ τὸ α μηκύνει, οὐδὲν φροντίσας τοῦ μέτρου. Ἡρακλείδης δέ φησι, ὅτι τὰ ἐκ τοῦ η εἰς βραχὺ α μεταγόμενα, Ἰωνικά ἐστιν, ἀλλ' οὐ Δωριέων συστολαί. Ἀντιφράζει μέντοι ὁ Ποιητὴς τῷ, ἓν καρὸς αἴσῃ, τὸ

Εἰ δέ τοι Ἀτρείδης μὲν ἀπήχθετο κηρόθι μᾶλλον.

καὶ,

Ἴσον γάρσφιν — — ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

καὶ ὁ αὐτὸς Ἀχιλλεὺς

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν.

ὅμοιον δέ ἔστι τὸ,

Ἴσον — — πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

In Scholiis dudum editis ad h. l. paucissima leguntur. In *Horneianis* talia prostant, quae videantur e nostro Scholio olim excerpta, ad eam rationem, qua solitos fuisse *antiquarios inprimis Christianos* doctiora resecare monuit *Ti. Hemsterhusius* ad Scholia in Plutum p. 243. 356. 361. Et, quoniam Scholia ab *Horneio* edita, non omnibus erunt ad manum, non pigebit quae leguntur ad hunc locum, deinceps usui futura, descripsisse:

Τίω δέ μιν ἓν καρὸς αἴσῃ.] Ὅμοιόν ἐστι τῷ, Ἴσον γάρ σφιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ. Οἱ δὲ, Ἔγκαρα, τὸν φθεῖρα· οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν Καρῶν, οὓς ἀεὶ λοιδορεῖ ὁ Ποιητής· ἢ ὅτι Ἀθηναῖοι τὸν ἐγκέφαλον, οὔτε ἤσθιον, οὔτε ὠνόμαζον· Ἔγκαρος οὖν, τοῦ ἐγκεφάλου.

In illis prima videmus et ultima Scholii melioris verba: quod traditur, nonnullos Ἔγχαρα interpretatos τὸν Φθεῖρα, derivatum ex *Apionis* ad h. l. commentario, cuius notam postquam descripsit *Eustathius* p. 659. v. 31. — ad v. 47. sua quaedam subiungit, *Pindari*, *Sophoclis*, *Lycophronis*, et *Plutarchi* testimoniis munita: deinde meliora quaedam profert, p. 660. usque ad versum 12. ex *Apollodoro* Atheniensi aliisque, de cerebello, quod gustare veteres habuerint religioni: verum haec universa vir optimus transscripsit ex *Athenaei*, non nominati, Epitome II. p. 65. F. et 66. A. B. tum Scholion expromit ex Homerico Codice, quod ferme legitur in Scholiis editis; tandem ceteris observationem subdit e Lexico *Pausaniae*. Eo haec videbantur adnotanda, ut constaret, nihil eornm, quae in Scholio supra posito leguntur, nullum certe Auctorum in eo citatorum memorari apud *Eustathium*, copiose ad hunc locum disserentem. Quae autem in Scholio nostro medelae indigeant, aliis reficienda committo; et missis Grammaticorum commentis, de Homerica dictione χαροὸς optime coniecisse arbitror *Samuelem Clarkium*.

VIII. In eodem opere Gallico, nimirum Anim. ad Observ. 44. p. 12. ridet *Spanhemius*, et merito, *Dorotheum Ascalonitam*, qui per totam vitam in uno *Homeri* loco fuisse dicitur occupatus, in nota *Porphyrii* ad eamdem hanc nonam *Homeri* Iliada, cuius notae, nonnulla complectentis minime protrita, cum paucula verba priora duntaxat protulerit *Spanhemius*, constitui integram e Codice Ms. hic deponere. Pertinet autem ad locum *Homeri* ex Odyss. Ω. v. 207.

Ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντῃ.

ad quem versum, p. 850. pauca notat de voce Κλίσιον ex *Aelio Dionysio*, ceterisque Lexicis suis *Eu-*

stathius. Verum a Collectore Scholiorum in Iliada, qui pleraque Porphyriana describere constituerat, ad marginem Iliadis Ἰῶτα ista fuit adnotatio deposita. Retuleritne eam ad v. 71,

Πλεῖαί τοι οἴνου κλισίαι, — —

an ad v. 226.

Ἡ μὲν ἐνὶ κλισίῃ Ἀγαμέμνονος —

discerni nequit. Quidquid huius fuerit, luculentum Scholion hoc est:

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Ὅλου βίου ἐδέησε Δωροθέῳ τῷ Ἀσκαλωνίτῃ, εἰς ἐξήγησιν τοῦ παρ' Ὁμήρῳ Κλισίου. Τρία δέ φησι ζητεῖσθαι † παρὰ τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ σημαινομένου, εἰ ταὐτὸ δηλοῦται τῷ παρὰ Ἀττικοῖς. Καὶ β', † διὰ τὴν ὀρθογραφίαν, πότερον διὰ διφθόγγου ἡ πρώτη, ἢ διὰ τοῦ ἰῶτα. Καὶ τρίτον, περὶ τῆς προσῳδίας· πότερον παροξύτονον, ἢ προπαροξύτονον. Τὸ μὲν οὖν δηλούμενόν φησιν οὔ πολλῆς σκέψεως δεῖσθαι οὔτε παρὰ τῷ Ποιητῇ, οὔτε παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. οἶκον γάρ φησί τινα μέγαν Ὅμηρος, τὸν ἐν ταῖς ἐπαύλεσι κατασκιαζόμενον· πῦρ δὲ ἐν αὐτῷ καίειν, καὶ κοιμᾶσθαι τοὺς ἐργάτας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις. Κλίσιον δὲ αὐτὸ προσηγόρευσεν, ἀναλόγως τῇ Κλισίᾳ, ἥτις στρατιωτικὴ σκηνή ἐστιν αὐτοσχέδιος· ἀπὸ γὰρ τοῦ κλίνω· ἐξ οὗ καὶ Κλιντὴρ καὶ Κλισμὸς, καὶ οἱ μὲν ἔχοντες ἀπερείσειν τοῖς ὤμοις, Κλισμοὶ, οἱ δ' ἄλλοι, Θρόνοι. Ἀττικῶς δὲ, Κλιντήριον τὸ μικρὸν κλινίδιον λέγεται. Τὸ οὖν χωροῦν κλίνας πολλὰς καὶ θρόνους, Κλίσιον ἐκάλουν· ᾧ τρόπῳ καὶ τὸν Κοιτῶνα ἡμεῖς ἐκαλέσαμεν· Δωμάτιον δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸν † ἀφ' ἡμῶν κοιτῶνα ἔλεγον· Ὅμηρος δὲ, Θάλαμον. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, φησὶ Δωρόθεος, ἀπὸ τοῦ κεκλῖσθαι κατωνομάσθη,

τοῦ σημαίνοντος τὸ περιειληφέναι, καὶ περιέχειν. Ἀρίσταρχος δὲ καὶ ἑτέρως ἐξηγεῖται: τὸ γὰρ,

— περὶ Κλίσιον θέε πάντη,

δηλοῦν, ὡς κύκλῳ τοῦ οἴκου στιβάδες ἦσαν † ᾠκοδομημέναι, πρὸς αἷς οἱ θρόνοι ἔκειντο· ὥστε ἐπ' αὐτοὺς καθεζομένους δειπνεῖν, ἐπὶ δὲ τῶν στιβάδων κοιμᾶσθαι, ἵνα μὴ ἄλλος οἶκος ᾖ τοῦ Λαέρτου, ἄλλο δὲ τὸ Κλίσιον, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Λαέρτου εἰρῆσθαι τὴν ἐν κύκλῳ † οἰκοδομίαν τῶν στιβάδων, καὶ θέσιν τῶν θρόνων. Ἐμφαίνει δὲ, ὅτι ὁ μὲν οἶκος Λαέρτου, ἐν τῷ ἐντὸς καὶ περιεχομένῳ ὑπὸ τοῦ Κλισίου, τῶν δὲ ἄλλων, ἐν τῷ ἔξωθεν περιέχοντι Κλισίῳ. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ οἰκίᾳ ὁ θάλαμος τοῦ Τηλεμάχου μέσος ὑψηλὸς ᾠκοδόμητο, ὑπὸ τῆς αὐλῆς περιεχόμενος.

Τηλέμαχος δ', ὅθι οἱ θάλαμος
Ὑψηλὸς δέδμητο, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ.

Καὶ γὰρ τοῦτον τὸν θάλαμον κατὰ τὸ μέσον τῆς αὐλῆς κεῖσθαι φησὶ, διὸ καὶ περίσκεπτον ὠνόμασεν, οἷον περιφανῆ, διὰ τὸ πανταχόθεν περιέχεσθαι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν Λαέρτου οἶκον περιέχεσθαι πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ Κλισίου κατὰ μέσον ᾠκοδομημένον· τὸ γὰρ Περιθεῖν τοῦτο δηλοῖ· οἷον καὶ Ἀρχίλοχος δηλοῖ, ποιήσας,

Τοῖον γὰρ αὐλὴν ἔρκος ἀμφιδέδρομεν.

Ἔχει γὰρ τὸ Κλίσιον ἀναλογίαν τινὰ πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρὸς τὰς Παστάδας, Πρόδομος, Ἔξεδρα· προῳκοδόμητο γὰρ οἰκήσεως τινὸς ἡ Παστὰς, καὶ ἡ Προπαστὰς, καὶ ὁ Πρόδομος, καθάπερ καὶ τοὔνομα δηλοῖ,

Ἄλλο δ' ἐνὶ Προδόμῳ, πρόσθεν θαλάμοιο θυράων.

Τοιοῦτο δέ τοι καὶ Ἐξέδρα τῆς οἰκίας, ἔξω πᾶσα οὖσα, πρὸς αὐτῇ τῇ εἰσόδῳ κατεσκευασμένη· οἷς δὴ παραπλησίως καὶ τὸ Κλίσιον ἔξω τοῦ οἴκου.

In initio huius observationis, versu 3. legendum videtur: περὶ τούτου· Πρῶτον περὶ τοῦ σημαινομένου· paulo post: Καὶ β' vel δεύτερον περὶ τῆς ὀρθογραφίας. Trium quaestionum, a *Dorotheo* positarum, primam tantum attigit *Porphyrius*, aut, e Porphyrianis, Scholiorum Collector. Deinde, sive legatur, τὸν ἀφ' ἡμῶν Κοιτῶνα, nempe λεγόμενον, sive, quod quis, utpote magis usitatum, forte praeferat, τὸν ὑφ' ἡμῶν Κοιτῶνα, nihil interest. Versu 26. posui στιβάδες ἦσαν ᾠκοδομημέναι, recedens ab exemplaris scriptura, quae haec erat: στιβάδην ᾠκοδομημεν. nec tamen illud cuipiam putem placiturum: paulo post memorat *Porphyrius*, τὴν ἐν κύκλῳ οἰκοδομίαν τῶν στιβάδαν· crediderim hic scribendum οἰκονομίαν· et supra, στιβάδες ἦσαν ᾠκονομημέναι, *strata erant ordine disposita*. --- In loco *Homeri* ex Od. A. 425. scripserat *Porphyrius*, θάλαμος περικαλλέος αὐλῆς· sed erant haec omissa in Ms. qui mox, pro περίσκεπτον, dabat σκεπτόν.

IX. Ex istis speciminibus manifestum esse poterit, Leidensem Codicem illis certe multo meliorem esse, e quibus nobis Scholia in *Homerum* fuerunt evulgata. Haec cum diversi sint generis, et e variis Codicibus edita, de singulis pauca sunt dicenda. In illis iam olim editis, et nunquam deinceps ad Mss. collatis, vix quidquam alicuius momenti putem ad libros Iliados XXIII. reperiri, quod non inveniatur in libro Leidensi. Sed hic praeterea plurima complectitur inedita, vetera, et optimae frugis, quorum in editis illis Scholiis ne vestigium quidem compareat; nonnulla etiam pleniora, e qui-

bus excerpta supersint in editis. Non miror nonnullos in ea fuisse sententia, ut editorum Scholiorum unum esse Parentem, et quidem *Didymum*, quem in *Homerum* noverant commentatum, existimarent: verum nescio, quid Eruditissimum *Thomam Gatakerum* inpulerit, ut *Scholiasten Homeri* unum superesse crederet, eumque et alibi, et in *Antonin.* p. 37. D. 65. A. 77. B. non dubitanter *Heracleonem* nuncuparet: eodem enim iure vocari potuerat *Epaphroditus*, cuius in *Homerum* commentarios, ut et *Heracleonis*, *Asclepiadis*, *Didymi*, *Theonis*, *Pii* passim laudat Auctor *Etymologici M.* Sed Viri Doctissimi de *Scholiis* in *Aristophanem* aliosque Poëtas editis ita loqui solent, «quasi unus aliquis »Grammaticus omnium esset conditor; quum mixtas »habeamus summoque studio discernendas, et opti»mae notae, et nullius pretii aevique serioris reli»quias.« Verba sunt Cel. *Hemsterhusii*, in libello cultissimo, p. 137. Nullus forte Codex exstat Homericus, in quem plura istiusmodi diversorum, variis temporum articulis scripta, observata fuerint quam in Leidensem conjecta.

X. Adnotationes luculentas ad Iliada Ἰῶτα eo inprimis in antecessum proposui, ut intelligerent harum rerum scientes Leidensem Codicem diversissimum esse a Florentino, et Lipsiensi: neque enim ista reperiuntur in Scholiis *Horneianis* ad Iliada Ἰῶτα e Codice *Petri Victorii*, ut perhibent, Florentiae olim a *Joanne Caselio* descriptis. *Scholia illa exstare in optimae notae Codice Homeri Ms.* (quo libri XVI Iliadis et initium XVII continentur) *Paulinae Bibl. Lipsiensis*, primus monuit *Stephanus Berglerus*, de Scholiis agens Homericis, a *Barnesio* interpolatis, in Actis Erudit. Lips. A. MDCCXII. p. 316. Verba legens *Bergleri* in eam facile suspicionem incidas, Lipsiensem Codi-

cem ab eo, quem *Caselius* adhibuit, non esse diversum, siquidem eadem complectatur Scholia, quae *Conr. Horneius* ediderat: verum diversos esse Codices, Florentinum et Lipsiensem, ex iis clarissime conficias, quae vir Egregius notavit in Miscell. Observ. Vol. V. p. 155. et seqq. ubi *Horneiana* Scholia in primos versus 70. Iliadis nonae conferens ad ἀπόγραφον, cum cura descriptum e Libro Lipsiensi, hinc promit, quae desint in *Horneianis*, ad vers. 7. 14. 18. 31. 34. 40. 55. 62. et, ne forte credas, haec a *Caselio* festinante omissa, alio documento ostendam, Codices esse diversos. Desunt in Lipsiensi Scholia, quae dederat *Horneius* ad v. 12. 15. 16. 59. 66. etc. Ea tamen oportet sit inter istos Codices adfinitas, ut ad unum vetustius exemplar videri possint exarati: nam non raro utriusque Codicis Scholia verbis tantum disconveniunt. Legatur Cl. *T. H.* ad Scholia in Plutum p. 383. Hac in re unico utar exemplo. Ad v. 3. e Lipsiensi Codice haec verba p. 156. enotantur: Οἱ μὲν ἄλλοι ἐν Φυγῇ, οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει· *Horneius* sequentia exhibuerat: Οἱ μὲν ἄλλοι περὶ Φυγῆς (ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο), οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει (ἦσαν.) *Barnesius*, qui Scholia *Horneiana* ceteris interposuit, praetermissis signis, quibus sua ipsius emblemata a Codicis lectione separaverat *Horneius*, omnia ita exhibuit, quasi verba essent Graeci Grammatici. Recte *Barnesii* incogitantiam damnat Vir Doctus; quod vero *Horneii* supplementa laudat, minus equidem probo. In vetusto exemplari scriptum fuisse hariolor: Οἱ μὲν ἄλλοι περὶ Φυγ ἦσ. Syllabas, quas saepissime in Mss. vidi compendifactas, cum non adsequerentur descriptores, eorum alter literas exhibuit, περὶ Φυγῆς· alter sensum expressit, ἐν Φυγῇ· vetus autem Grammaticus meo iudicio scripserat: οἱ μὲν ἄλλοι περὶ Φυγὴν ἦσαν, οἱ δὲ ἄριστοι ἐν πένθει.

Graece scientibus nota est loquendi formula, a qua, elegantioribus satis usitata, ne Grammatici quidem abstinuerunt. Quod in minutis rebus aliquantisper haeream, Docti, si qui his chartis manus admovere voluerint, moleste non ferent, dum cogitabunt, haec etiam indoctis scribi, instar dissertationis, quales solent in Academiis exponi, saepenumero dignissimae, quae deferantur

Εἰς τὸν λιβανωτὸν, εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων.

XI. Ante ducentos triginta annos ex alio Codice Florentiae nonnulla Scholia in Homerum excerpserat *Aloysius Alamannus:* eorum partem, quae ad Iliada spectat, in vulgus emiserunt Cantabrigienses, Iliadis editioni anni 1689 subiectam. His excerptis, minime contemnendis, insunt, quae totidem verbis libro Leidensi leguntur interserta. Et haec Scholia ferme tantum fuere vulgata; nam illa *Moschopuli*, pleraque conflata e libris obviis, nunc quidem mittimus. In editis Scholiis nuspiam adnotationibus praefixa leguntur nomina Auctorum; cum in nostro Codice nonnulla, aliorum, plurima *Porphyrii* nomen in fronte ostentent. Suspicor enimvero in variis Bibliothecis Codices latitare Homericos, cum Scholiis *Porphyrii;* neque illud temere. *Porphyrio* Scholion ad Odyss. Λ. v. 276, auctoritate Ms. Anglicani vindicat vir veteris Theologiae Peritissimus, *Thomas Gale* in n. 7. ad ultimum caput (male libellus in capita fuit distractus) *Cornuti* de N. D. Plura, opinor, cognosceremus, si Codices vetustos paulo diligentius excussisset *Barnesius;* neque enim temere exemplar *Homeri* vetus reperias, cui Scholia non sint interposita; in primis dignus foret, qui perita manu tractaretur, is Codex optimus, qui tum temporis erat in Bibliotheca Reverendi Praesulis Eliensis, *Joannis Mori*, cuius lectiones saepenumero cum illis libri Leidensis con-

spirant. *Porphyrii* frequenter fieri mentionem in Scholiis Homericis Bibliothecae Vaticanae monuit *Lucas Holstenius*, Diss. de Vita et scriptis *Porphyr.* c. VII. vellem et illa, sive potius meliora, nobiscum e Vaticanis codicibus communicarent, qui sub Erudito Pontifice Maximo haec studia Romae tractant Viri Praestantissimi. *Jo. Alb. Fabricius* Biblioth. Gr. Vol. I. p. 293. praeter ceteros Codicem laudat, olim Wittianum, quamplurimis *Porphyrii* Scholiis instructum. *Alexander* autem *Morus* in notis ad *Matth.* XII. v. 40. et in Ep. *Pauli* ad Eph. I. 19. memorat *Scholia Bibliothecae Mediceae optima et antiquissima in Homerum:* quae priori loco deposuit Ornatissimus *Morus*, prima facie videri queant profecta ab alio Grammatico, sed sunt tamen verba *Porphyrii;* certe paulo emendatius scripta leguntur sub nomine *Porphyrii* vulgata in huius Quaest. Homer. cap. XIV. p. XCIX. v. 12. Plura Porphyriana istum Codicem complecti, probabile admodum est: Quaestiones enim quae dicuntur Homericae, de quibus quid sentiam, deinceps indicabo, leguntur in margine Codicis Leidensis, reliquis Scholiis intermixtae. Ex eodem Codice Mediceo, quem *Morus* versavit, repetita videntur a *Luca Holstenio*, quae eius notis in *Stephanum Byzantinum* fuerunt inserta, pleraque descripta e Scholiis in Boeotiam. Inter septem Codices Homericos, quos Caesarea recondit Vindebonensis Bibliotheca, optimus procul dubio Ms. est Iliadis, Scholiis interlin. et margin. refertus, quem Catalogi Bibl. Caes. Vind. Parte IV. p. 28. recensuit *Daniel Nesselius.* Inprimis exoptarem, ut quispiam hac opella excitatus, e membranis vetustis meliora proferendo, pervinceret, Leidensem Codicem *Homeri* non esse omnibus anteponendum. Hoc cum vix videatur sperandum, id tamen pervelim,

ut Eruditus quispiam de Actorum; quae Lipsiae prodeunt, Conditoribus, specimina quaedam in ceteros Iliadis libros e Codice Lipsiensi depromeret, et inexspectato hoc munusculo Operis utilissimi volumen exornaret.

XII. Ut autem unusquisque de Codice Leidensi iudicare possit, agam in sequentibus de illo paullo accuratius, et quorumcunque Scholiorum (de illis enim, non de contextu dicam.) specimina e Leidensi libro describam. Scholia leguntur in hoc libro, tum quae vulgo vocantur interlinearia, tum Scholia, *σημειώσεις*, sive adnotationes, saepe copiosissimae, in marginibus collocatae: de illis primum dicam. Versibus singulis interpositae sunt interpretationes, quibus dictiones Homericae, quae dudum ceciderant ex usu, sive etiam integrae loquendi formulae, facilioribus ac vulgo receptis explicantur. E multis exempla quaedam seligam, quibus haec pars clarescat.

Il. A. v. 41. dictioni *Κρήηνον* (sic recte legitur in Ms.) superscriptum: *τελείωσον*.

Il. A. v. 105. *Καχοσσόμενος*) *κακολογήσαν*. quae ad latus ponam vocum Homericarum, in Ms. supra scribi, semel dixisse sufficiat. Forte Grammaticus posuerat *κακολογήσας*· quanquam potuit et illud ponere, respiciens ad sequentia. In Scholiis editis legitur: *Κακ᾽ ὀσσόμενος*] *Δεινὸν καὶ ὀργίλον ὑποβλεπόμενος*· haec et omnia similia, quae in Scholiis istis leguntur, in Codice, unde fuere derivata, versibus pariter legebantur interiecta. Egregie se facturum credidit *Barnesius*, si Scholio antefigeret dictionem *κακοσσόμενος*. Sed duplex fuit in *Homero* lectio: ad illam vulgo receptam, *Κακ᾽ ὀσσόμενος* spectant interpretationes editi *Scholiastae*, *Hesychii*, *Apollonii*, Lex. Hom. et *Etymologi*. Ad compositum *Καχοσσόμενος*, quod et

in suis exemplaribus *Eustathiùs*, et in Ms. Codice invenerat *Barnesius*, pertinet κακολογήσας· et hanc lectionem probat, altera non unam ob rationem reiecta, *Porphyrius* Q. Homer. c. XVII. p. CV. cuius verba diligentiam accuratissimi *Sam. Clarkii* non effugere. verum ne nos nimium abducant in seqq. non attingam adeo errores *Barnesii*, neque etiam iudicium de singulis interponam.

Il. A. 261. Vocibus: Οὔ ποτέ μ' οἴγ' ἀθέριζον· superscriptum: Οὐδαμῶς ἀτελῆ καὶ ἀσθενῆ καὶ οὐδαμινὸν ἡγοῦντο.

Il. E. 540. ubi vulgari solet: Δούπησεν δὲ πεσών, nihilque enotatur e Mss. Leidensis praefert: Ἤριπε δὲ πρηνὴς, cum hac interpretatione: κατέπεσεν ἐπὶ πρόσωπον.

Il. E. 561. sic praefert Ms.

Τὼ δὲ πεσόντ' ἐλέησεν ἀρηΐφιλος Μενέλαος.

cum hac expositione supra posita, ut semper: τούτους καταπεσόντας ὠκτείρησεν ὁ Φιλοπόλεμος· edi solet βοὴν ἀγαθὸς pro ἀρηΐφιλος· attamen et hoc suis in Mss. invenerat *Barnesius*, sive *Hearnius*.

Il. E. versui 831, superscriptum: ἦ κόπος πολυόρμητος τὰ μέλη σου εἰσῆλθεν.

Il. Z. v. 51. Rectissime scriptum in Leidensi:

— τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινε·

pro ἔπειθε· quod unde fluxerit, patet ex interpretatione, in libro nostro adiecta, ἔπεισε· sed ὄρινε et in aliis Mss. et in illo *Mori* verae lectioni superscriptum ἔπειθε· quod *Barnesius* habuit pro emendatione.

Il. Z. v. 169. Ms.

— Γράψας ἐν πίναξι πυκτῷ θυμόφθορα.

Praeter vocem versus ultimam, πολλὰ, vulgi usu notissimam, ceteras sic interpretatur Grammaticus: χαράξας ἐν ἐσφραγισμένῳ δέλτῳ ψυχοφθόρα.

Il. Z. 248. Τέγεοι θάλαμοι] ἀνώγεοι παστοί.

Il. Z. 252. *Λαοδίκην ἐσάγουσα*] *πρὸς τὴν..... πορευομένη.*

Il. Z. 265. *Ἀπογυιώσῃς*] *ἐκνευρώσῃς.*

Il. Z. v. 319. Ms. *Ἔγχος ἔχ' ἐνδεκάπηχυ·* prouti optime e suis Mss. et aliunde restituit *Barnes.* adiecta interpretatio: *δόρυ ἐκράτει ἕνδεκα πηχῶν τὸ μῆκος.*

Il. H. v. 290. vulgatur:

Νῦν μὲν παυσώμεσθα μάχης καὶ δῃϊοτῆτος.

Quod ex uno Codice profert *Barnesius*, reperitur et in Leid.

Νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δῃϊοτῆτα.

explicatio aderat: *παυσώμεθα τοῦ πολέμου καὶ τῆς μάχης.* Ubicunque autem articulos, ab *Homero* praetermissos, Linguae Graecae communis usus requirebat, inter versus diligenter fuerunt positi. exemplo sit versus in Il. H. 177. qui sic legitur in Ms.

οἱ ηὔξαντο τοῖς καὶ τὰς ἀνέτειναν

Λαοὶ δ' ἠρήσαντο θεοῖς ἰδὲ χεῖρας ἀνέσχον.

Neque tantum dictionum interpretationes, sed saepe aliae etiam adnotatiunculae, a Scholiis marginalibus distinguendae, versibus interponuntur, veluti in Homeri Catalogo sive Boeotia.

V. 5. *Θέσπειαν*] *ἀπὸ Θεσπείου τοῦ Κηφέως.*

V. 6. *Ἐρυθρὰς*] *ἀπὸ Ἐρυθρίου τοῦ νεωτέρου τῶν Ἀθαμαντίδων.*

V. 10.] *ἀπὸ Κορωνοῦ καὶ Ἁλιάρτου τῶν Σισύφου παίδων κατονομασθέντες.*

V. 13. *Ὄγχ.*] *Οὗτος Βοιωτοῦ παῖς, ὃς ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ λαμπρὸν ἱδρύσατο ἱερόν.*

V. 39. *Βῆσσαν*] *ἀπὸ τοῦ σύμφυτον εἶναι καὶ σύνδενδρον τὴν ὀνομασίαν κεκτημένην.* Quae ad nomen *Βῆσσαν* in editis Scholiis notantur, ne quis credat abesse, leguntur in margine libri Leid.

et quidem meliora quam sunt in editis. Sed ea de re deinceps.

XIII. Ex his, quae protuli, poterit de Scholiis interlinearibus non tantum libri Leidensis, sed et aliorum, iudicari, e quibus similes vocum Poëticarum ἐξηγήσεις Editores nobis tradidere. Istarum interpretationum Auctores ab *Eustathio* vocantur οἱ παλαιοὶ μεταβολεῖς τῶν λέξεων ἓν πρὸς ἓν φράζοντες, ad Il. Ω. p. 1479. v. 24. et οἱ παραφράζοντες, ad finem Iliadis Z. *Timogenes* ἐν ταῖς παραφράσεσιν ad versum Iliadis citatur in *Apollonii* Lexico *Hom.* in v. Ἄρπυια, quam notam utilissimo instituto cum plurimis *Apollonii* edidit Eruditissimus Noster *Albertius*, ad *Hesych.* Breves istas vocabulorum Homericorum interpretationes in Lexica etiam digesserunt, quorum condendorum ipsum *Homerum*, rem eamdem diversis saepe dictionibus explicantem, Grammaticis cogitationem subministrasse, idem *Eustathius* auctor est, commemorans, τοὺς -- ἐξ Ὁμήρου ἐπινοησαμένους καὶ τὰ Λεξικὰ, ad Il. Υ. p. 1285. v. 16. In istis, quas dicebam, expositionibus brevioribus, persaepe integri Poëtarum versus continua oratione reddebantur. Unicum adhuc repetam e Leidensi Codice exemplum. Versibus 902, 903, 904. Iliadis E,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν
Ὑγρὸν ἐὸν, μάλα δ' ὦκα περιστρέφεται κυκόωντι·
Ὣς ἄρα καρπαλίμως ἰήσατο θοῦρον Ἄρηα.

haec interpretatio, continua serie deducta, legitur interserta: Καθάπερ δὲ, ὅταν ὀπὸς συκῆς γάλα ὑπειγμένος ἐμπήξῃ, Ῥευστὸν ὑπάρχον λίαν συντόμως περιπήγνυται, τοῦ τυροποιοῦ κινοῦντος, Οὕτως δὴ ταχέως ἰᾶσατο τὸν ὁρμητικὸν Ἄρηα.

haec mera est paraphrasis, sive conversio Homericae orationis in sermonem solutum et communem.

XIV. Ab istiusmodi Grammaticorum interpretationibus distingui debet Paraphrasis Odysseae Homeri, quam scripserat *Demosthenes Thrax*. *Suidas*, in Δημοσθένης· Θρᾷξ οὗτος, inquit, ἔγραψε μετάφρασιν Ἰλιάδος πεζῷ λόγῳ. Error sive *Suidae*, seu alterius, cuius verba *Suidas* describit, viros Praestantissimos, *Jo. Meursium*, *Ger. Jo. Vossium*, et *Jo. Alb. Fabricium* traxit et eo induxit, ut immemores eorum, quae olim legerant apud *Eustathium*, non uno in loco scribcrent, *Demosthenem Thracem* conscripsisse Paraphrasin Iliadis *Homeri*. Res mihi penitus est ex *Eustathio* nota, qui, quum habuerit Paraphrasin Odysseae, a *Demosthene* illo *Thrace* confectam, illam nunquam memorat ad Iliada, sed ad Odysseam passim egregia ex illa nobis adservavit. Primum sic designatur ab *Eustathio* ad Od. A. p. 10. v. 14. ὁ σοφὸς Θρᾷξ Δημοσθένης ἐν οἷς παρέφρασε τὴν Ὀδύσσειαν. p. 46. v. 3. vocatur ὁ τὴν Ὀδύσσειαν παραφράσας Ῥήτωρ. ad Od. Δ. p. 152. v. 50. Δημοσθένης ὁ τὴν Ὀδύσσειαν μεταβαλών. p. 167. v. 1. ὁ τῶν Ὀδυσσειακῶν μεταβολεὺς Δημοσθένης. Inscriptio operis elegantissimi fuit: Μεταβολαὶ Ὀδυσσείας. *Eustathius* ad Od. A. p. 40. v. 48. ὁ τὸ βιβλίον, inquit, ὅλον τοῦτο παραφράσας, Θρᾷξ Δημοσθένης, Μεταβολὰς Ὀδυσσείας, τὴν τοιαύτην αὐτοῦ πραγματείαν ἐκάλεσεν. Atque ita *Suidam* tenemus erroris manifestum. Quoniam istius *Demosthenis* Paraphrasis Odysseae, Attico sermone consignata, tam diu latuit, dum nobis alicunde in lucem protrahatur, e Commentariis *Eustathii* decerpta e multis, dudum a me collectis, quaedam specimina proponam. In *Hom.* Odyss. Π. v. 471, sic loquitur Eumaeus:

Ἤδη ὑπὲρ πόλιος, ὅθι Ἑρμαῖος λόφος ἐστὶν,
Ἦα κιών.

illa verba, expressit *Demosthenes Thrax*, teste *Eustathio*, hoc modo: Ἔτυχον μὲν τῆς ὁδοῦ τῆς ἐνταῦθα προκεχωρηκὼς, ὡς κατὰ τὸ Ἑρμαῖον ἤδη γεγονέναι. editis p. 615. v. 28. voculam ὡς, quam syllaba κως praecedens eliserat, interieci. Ubi Circes ministrarum natales designat Poëta, Od. K. v. 350.

Γίνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων, ἀπό τ' ἀλσέων,
Ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν·

haec in Paraphrasi sua posuerat *Demosthenes*: Γένεσις δὲ τούτων, οὐχ οἷά περ ἀνθρώπων ἐστὶν, ἢ δι' ἀλλήλων, ἀλλὰ ποταμοὶ καὶ ἄλση καὶ πηγαὶ ἐκείνας Φύουσιν. Menelai votum Odyss. Δ. v. 97. et 98.

Ὧν ὄφελον τριτάτην περ ἔχων ἐν δώμασι μοῖραν
Ναίειν, οἱ δ' ἄνδρες σόοι ἔμμεναι, οἵ τότ' ὄλοντο·

hunc in modum expressisse legitur Paraphrastes: Ἀντί γε τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀπολωλότων, οὐκ ἂν ἐδεξάμην τὰ πάντων χρήματα πάντως· εἰ καὶ τὴν τρίτην μοῖραν τῶν νῦν ὄντων μοι ἔχειν τὶς προὔτεινεν, ἐφ' ᾧτε σώζεσθαι τοὺς ἐν Τροίᾳ ἀπολωλότας. in his unum Atticismum designat *Eustathius* p. 255. v. 7. sunt autem plures, quos ilico agnoscent, qui in Atticis et Atticistis fuere versati. Praeter cetera loca non pauca, quae ex opere elegantissimo custodivit *Eustathius*, maxime copiosus est is, quo ad mentem Poëtae, verbis diversis denarratur poena Sisyphi. Sed non gravabor primum ponere *Homeri* versus, 592. et seqq. Od. Λ.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον, κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν·

"Ητοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλοι
"Ακρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε Κραταιΐς.

Demosthenis Thracis haec est istorum quinque versuum interpretatio: Ὁ Σίσυφος ἐώθει πρὸς τὸν ὦμον πέτρον μέγαν καὶ ἐμβριθῆ, χαλεπωτάτην δὴ καὶ οὗτος αὖ συμφορὰν διαντλῶν· κυλινδεῖν γὰρ ἦν ἀνάγκη αὐτῷ πρός τινα ὄρθιον καὶ ὑψηλὴν λόφου ἄκραν τὸν λίθον· καὶ ἐποίει τοῦτο τοῖς ποσὶ καὶ ταῖς χερσὶ γλίσχρως καὶ χαλεπῶς ἀντιλαμβανόμενος, ὡς δὴ ὑπερκυλίσων τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἐπέκεινα. ὁπότε δὲ ἐγγυτάτω γένοιτο τῇ ἐλπίδι κατεργάσασθαι τοῦτο, δαίμων τις ἰσχυρὸς ὀνόματι Κραταιΐς ὑποφέρεσθαι ἐποίει κάτω τὴν πέτραν ἀποστρέψασα. Dubites, utrum hoc posuerit; an ἀποστρέψας· nam ἰσχυρὸς --- ἀποστρέψασα non mireris in Atticista. Certe Hecaten etiam Κραταιΐν vocatam, cecinit *Apollon. Rhod.* IV, 829. Quum in loci huius initio scribere potuisset Noster: Καί γε τὸν Σίσυφον ἐσεῖδον ὠθοῦντα· scripsit Ὁ Σίσυφος ἐώθει. Hinc inprimis didici, Atticam hanc *Demosthenis Thracis* Paraphrasin Odysseae, cuius auctor vere dicebatur *Eustathio* ad Od. Σ. p. 651. v. 2. καλλιῤῥήμονῶν πεζολογικῶς, ita, inquam, Paraphrasin istam fuisse constructam, ut remota fuerit μίμησις Poëtica, et remanserit ἁπλῆ διήγησις, simplex narratio earum rerum, quas ab *Homero* plurimi finguntur denarrasse. Suspicor autem, ad opus illud isthac ratione condendum inductum fuisse *Demosthenem* insigni specimine *Platonis*, III. Πολιτ. p. 393. D. E. et 394. A. quo primam Poëtae μίμησιν, loquentis sub persona Chrysis in Il. A. a versu 18. usque ad 43. in sermonem solutum (φράσω δὲ, inquit *Plato*, ἄνευ

μέτρου, οὐ γάρ εἰμι ποιητικὸς,) ita convertit, ut evadat ἁπλῇ διήγησις. Ex ista antiquitate locus est in suo genere unicus, et multo elegantissimus; e quo in exemplum pauca depromam: apud *Homerum*, Il. A. v. 32. sic loquitur Agamemnon, sive, ac si Agamemnon esset, Poëta Μιμητικός·

Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε, σαώτερος ὥς κε νέηαι.

Plato, veluti διηγητὴς, οὐ ποιητικὸς, ista ad hanc normam expressit, p. 393. v. ult. Ἀπιέναι δὲ ἐκέλευε, καὶ μὴ ἓ ἐρεθίζειν, ἵνα σῶς οἴκαδε ἔλθοι. unicam literam editis *Platonis* verbis interserui, ponendo μὴ ἓ ἐρεθίζειν, pro μὴ ἐρεθίζειν. Paulo ante, pro Homericis, v. 20.

Παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην,

in *Platone* legitur: τὴν δὲ θυγατέρα οἱ αὐτῷ λῦσαι. ubi superfluum αὐτῷ, voculae οἱ olim superscriptum, eiici poterit e contextu. *Plato* X. Πολιτ. p. 617. E. ἓ δὲ οὐκ ἐᾷν. cui alius addi poterit *Platonis* locus ab *Henr. Stephano* indicatus in Append. ad Script. de Dial. Attica, p. 174. Ceterum videor mihi in fragmentis elegantissimis *Demosthenis Thracis* dictiones quasdam observasse Atticas, praeceteris *Platoni* frequentatas; talis utique est, ne alias memorem, prima omnium, quam ex isto opere enotavit *Eustathius*. Od. A. p. 10. v. 15. ἀμηγέπη, qua Homericam ἀμόθεν interpretabatur: istam vocem, ab Atticistis recentioribus, talia studiose consectantibus, adhibitam, e veteribus certe nemo frequentius usurpavit *Platone*, in cuius scriptis minimum octies ἀμηγέπη, alteram formam ἀμωσγέπως (quam *Lysiae*, p. 234. restituit *Jo. Taylor*,) decies et sexies memini me legere: prius, nempe ἀμηγέπη, T. I. p. 259. D. 331. D. T. II. p. 278. D. p. 474. C. et D. p. 736. E. p. 739. C. p. 861. C. Sed ne *Plato* nos detineat, illuc redeo, unde abieram.

XV. Quae leguntur in margine libri Leidensis, in tres possunt classes distingui: sunt enim Scholia vel paene eadem cum editis; vel pleniora; vel inedita. Pleraque primum Scholia, ad viginti tres Iliadis libros edita, complectitur etiam Codex Leidensis, ita tamen, ut saepissime edita possint e Ms. corrigi, et vocibus omissis locupletari; saepe etiam diversitas nullius sit momenti, et ab eo profecta, qui Scholia, e vetustis libris excerpta, in hunc ordinem digesserat, et inter scribendum rem eamdem verbis diversis expresserat. Neque breviores duntaxat adnotationes, sed et Scholia, quae in editis omnium sunt copiosissima, comparent in marginibus exemplaris scripti: qualia sunt ad initium Boeotiae non pauca, ad Il. E. v. 385. ad Il. Z. v. 155. ad Il. K. v. 255. ad Il. Ξ. v. 323. ad Il. Σ. v. 486, 487, 488. et seqq. Haec et similia, pleraque derivata de scriptis *Apollodori*, spectantia ad veteris Graeciae historiam, (quam, quia fabularem vocamus, nonnulli in nimiam contemptionem adducunt:) eo conferebam ad Ms. consideratius, et animosius, ut earum rerum scientissimo spectatori, *Gerardo Jacobo Swindeno*, quocum nupera mihi erat amicitia, gratificarer munusculum. Cum pleraque lactus miseram, post aliquot menses novum illud et Graecis Musis inexspectatum lumen Parisiis male fuit exstinctum. Istius Iuvenis, regia via studia humanarum rerum inter Batavos tractantis, acerba morte quantum Literarum amatores fecerimus iacturae, partim indicavit Celeberr. *D'Orvillius*, amici memoriam ab interitu pie vindicans, Miscell. Obs. Nov. T. III. Quoniam, dum haec scribo, tristissimi casus recordationem nolo repetere, ista quidem pleraque omittam: sed illud non erit inutile observasse, copiosa illa Scholia in editis, e diversis saepe libris conflata, vocibus et signis, minio interpositis,

in Ms. distingui, veluti, quae prostant ad Il. Σ. v. 486. sic (singulas adnotare differentias necesse non est,) leguntur in Ms.

Ἑπτὰ ἀστέρες εἰσὶ κείμενοι ἐπὶ τὴν οὐρὰν τοῦ ταύρου — — Ἀλκυόνη: ΙΣΤΟΡΙΑ. Ἄτλας — — ἡ δὲ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς: Ὑάδας φησὶ τοὺς ε. — — καθίστανται. ΕΤΕΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ. Ζεὺς — — Πληϊάδας θ' Ὑάδας τε] Τὰς — — ἐπὶ τῆς ἡμιόδου πλευρᾶς Π. καλεῖσθαι: ΙΣΤΟΡΙΑ. Ἄντλαντος τοῦ Ἰαπετοῦ — — τὰς Ὑάδας Δωδωναίας νύμφας εἶναι — — Ἄρατος ἐν τῷ πρὸς Θεότροπον ἐ. — — φησὶ δὲ Ἑλλάνικος ἐν τῷ ά τῶν Ἀντλαντικῶν — — τό, τε σθένος Ὠρίωνος] Π. — — κατηστερισμένον. ΙΣΤΟΡΙΑ. Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμοῦ παῖς Ὠριεὺς — — multis interiectis — — ἀνέδωκεν ἐκ τῶν τῆς γῆς λαγόνων σκορπίον — — in fine: Ὠρίων δύνει. ἡ ἱστορία παρὰ Φερεκύδῃ. sequitur: Ἄρκτοι δείκνυνται, ε. τ. β. κ. — — ΙΣΤΟΡΙΑ. ὁ Ζεὺς Καλλιστοῦς — — παρὰ Καλλιμάχῳ.

Similiter seres habet in iis, quae leguntur ad initium Boeotiae, sive ad Il. B. v. 494. cum editis lectiones quaedam Ms. poterunt conferri:

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΒΟΙΩΤΙΑΣ. Ἀρξασθαί φασί τινες ἀπὸ Βοιωτῶν τὸν Ὅμηρον τοῦ καταλόγου εἰς κεχαρισμένον τῶν Μουσῶν, ὧν ἐπεκαλέσατο — haec et cetera, si bene memini, contextui Homerico erant praefixa. Scholia in margine hinc incipiebant:

Βοιωτῶν μὲν] Οὗτοι οἱ πέντε Β. στ. Ι. δ. ο. ε. οἱ πλεῖστοι — — κλόνος γὰρ, ἡ μάχη. ΙΣΤΟΡΙΑ. Ἡ Βοιωτία· τὸ πρότερον Ἀρνία (Ἀονία recte legitur in Edd. et apud *Etymol.* in Βοιωτία· qui haec Scholia saepenumero descripsit.)

ἐκαλεῖτο. Μετωνομάσθη δὲ Βοιωτία κατὰ μέν τινας ἀπὸ Βοιωτοῦ καὶ Ἄρνης. Ἔτι δὲ καὶ Βοιωτοὶ etc. — — in fine Scholii legitur: Ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Βοιωτικοῖς, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ γ.

atque ista ratione passim vox *ἱστορία* interseritur: similiter, ubi quaestiones positae solvuntur, praefigitur primum *Ἀπορία*, deinde *Λύσις*, quae forte interposuerat, qui Scholia collegit: legatur *Dan. Heinsius*, in *Hesiodi* Interpr. p. 81. Tandem maioris est momenti, nonnunquam Scholiis editis in Ms. literarum aliquot ductus praefigi, in quibus Grammaticorum nomina latent. Ad Iliadis A. v. 52. quae prima leguntur, desunt in Ms. ubi Scholion incipit a vocibus *Οὕτως ἐτάφη*. Sed nominis Grammatici compendium antefigitur, hoc modo exaratum:

ϛρ
σῆ Ἱ

Πυραί.] Οὕτως ἐτάφη Ἀργειὸς ὁ Λ. δ. α. υ. Η. συναγαγόντος γὰρ, φησὶ, στρατείαν ἐπὶ Ἴλιον Ἡρακλέους, διὰ τὸ Λαομέδοντα παρὰ σύνταξιν ποιῆσαι Ἡρακλεῖ σώσαντι — — Λυκίμνιον δέ φασι τὸν πατέρα Ἀργείου Φοβούμενον — — πῶς ἂν διατελευτήσῃ τὸν ὅρκον, — — ἡ ἱστορία παρὰ Ἀνδρωνι.

Literis Scholio praefixis designatur sine dubio *σημείωσις Ἴστρου*. *Scholion*, sive *observatio Istri* Grammatici, illius forte, qui, *Callimachi* discipulus, variis scriptis inclaruit. Quae vulgo vocamus, quaeque a Grammaticis dicebantur *σχόλια*, dici etiam solebant *σημειώσεις*, quamvis *σημειώσεις* proprie illa erant adnotata, quae sibi quisque ex aliorum scriptis excerpta seligeret. Passim reperias apud *Eustathium*, et alios, *Σημείωσαι*, vel *Σημειωτέον*, *ὅτι* - - - quo sensu etiam scribunt:

Ἰστέον ὅτι - - - frequentius autem adnotata vel excerpta ordiuntur, omissis dictionibus *σημείωσαι*, et *ἰστέον*, facile subaudiendis, a vocula *ὅτι*, quam hoc modo, in Excerptis e *Strabone* semper, et apud alios saepe positam attigerunt *Casaub.* Anim. in *Athen.* p. 27. v. 50. *Gataker.* in *Antonin.* IV. §. 10. et *Hemsterh.* ad Schol. in Plut. *Aristoph.* p. 218. b.

Scholio edito ad Iliad. Π. v. 140. praefiguntur literae σῶ †Ἱστορία. Προκατεσκεύακε etc. --- in fine Ms. praefert - - - ἠρίστευσε, κ. μ. τ. Α. ἡ ἱστορία παρὰ τῶν τὰ Κύπρια πεποιηκότων.

Istis literis quid designetur, alii excogitabunt. Nolim vero quis putet, Scholia edita semper magis emendate legi in Ms. nomina enim propria, atque alia etiam adeo nonnunquam sunt distorta, ut, quid sibi velint, vix dignosceres, nisi recte legerentur in editis. Illud prae ceteris Codicem commendat Leidensem, quod Auctorum a veteribus Grammaticis citatorum testimonia non omiserit recentior, ut passim tamen solebat id genus hominum. Noster de isto grege seiungi debet; qui ne Porphyriana quidem nobis describere dubitarit. Ad Il. Γ. v. 242. vulgatur: ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἤτοι Κυκλικοῖς· non ignoro quae de illo loco Viri Magni scripserint; verum eo haec adfero, ut adnotem, in Ms. tantummodo legi ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς. Credibile est in alio exemplari lectum: ἡ ἱστ. παρὰ Πολέμωνι· atque ea in unum coaluisse. ad Il. Θ. v. 285. legitur in edito Scholio: ἡ δὲ ἱστορία ἀκριβέστερον εἴρηται παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Γραμματικῷ ἐν καταλόγῳ νεῶν. Ms. praefert praeter cetera: παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Γραμματικῷ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν γενῶν· hoc mihi profectum videtur a recentiori, qui *Apollonium* nove-

rat scripsisse περὶ γενῶν. Vix dubito, quin antiquus Grammaticus scripserit: Ἀπολλοδώρῳ τ. γ. ἐν β′ καταλόγου νεῶν· inter cetera *Apollodori* scripta inprimis celebrantur Libri XII, quibus navium Catalogum Homericum illustraverat, et ab aliis, et a *Porphyrio* apud *Eustath.* ad Il. B. p. 199. v. 51. citatur autem id *Apollodori* opus plus semel in Scholiis editis. *Apollonii* et *Apollodori*, *Herodoti* et *Herodiani* nomina a librariis fuisse permutata docte monuit *Adrianus Heringa*, Miscell. Obs. Nov. T. VIII. p. 932. et 945. Apud *Etymologum* p. 9. v. 1. vulgatur: Ἄγη — παρὰ Ἡρωδιανῷ, βασκανία· παρὰ Ὁμήρῳ, ἔκπληξις. sine Ms. consensu facile pateret legendum παρὰ Ἡροδότῳ β. sed Ms. Codex clare exhibet ἡρυ. Δ respicit autem Grammaticus locum *Herodoti* VI. c. LXI. τὸν Κλεομένεα — ὁ Δημάρητος διέβαλε, — φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος· ubi genuinae vocis locum in editionibus occupat ἄτῃ. Sed de nominum propriorum corruptelis hic non est agendi locus.

XVI. Dicebam superius, Scholia edita in Ms. saepe legi pleniora. Hic deponam nonnulla istius generis, eo tamen pauciora, quia melius videbatur, inedita deinceps enotasse paulo plura. Scholion ad Il. A. v. 155. sic legitur in Ms.

Σημειωτέον ὅτι Δέμας μὲν ὁ Ποιητὴς τὸ ἔμψυχον εἴωθε λέγειν, παρὰ τὸ δεδέσθαι καὶ συνεστηκέναι. οἷον,

Οὐ Δέμας οὐδὲ Φυὴν,

καὶ πάλιν,

— — Δέμας δ' ἵκτο γυναικὶ

καὶ,

Καλῇ τε μεγάλῃ τε, ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε
Θνηταῖς ἀθανάτῃσι Δέμας.

Σῶμα δὲ καλεῖ τὸ ἄψυχον· ἐπεὶ σῆμά τι ἐστὶ τοῦ ποτε ζῶντος. οἷον,

Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν,

καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐλπήνορος πάλιν;

Σῶμα μὲν ἐν — Κίρκης κατελείπομεν ἡμεῖς,

Ἄκλαυστον καὶ ἄθαπτον,

καὶ ἔτι

— — σώματ' ἀκηδέα κεῖται:

Εὐριπίδης μέντοι ἐναλλαγμένως, Δέμας ἐπὶ τοῦ νεκροῦ λέγων,

Ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ, ἐξότου σφαγαῖς
Θανοῦσα μήτηρ πυρὶ καθήγνισται Δέμας.

Τὸ δὲ Σῶμα ἐπὶ ἐμψύχου λαμβάνει, λέγων,

Δεῖξαι γὰρ Ἀργείοισι σῶμ' αἰσχύνομαι.

Haec totidem literis scripta sunt in Ms. nisi quod in Homericorum locorum secundo Δέμας fuerat omissum; in quinto positum ἐν κίρκῃ, in Euripideo, ἕκτον μὲν δὴ τ. Cui haec observatio videbitur non satis digna, quae tantum chartae inpleat, is velim recordetur, disserere me de Codice Leidensi, atque illud esse institutum, ut eius ratio omnibus appareat. Qui nonnulla ex hoc Scholio excerpsit *Eustathius* p. 46. v. 27. Ἰστέον δὲ, inquit, ὅτι σημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, sic vulgo solent veterum Scholia ab ipso designari. *Pleraque* autem, *quae in* editis *Scholiis reperiuntur, ea Eustathium in suos commentarios transtulisse*, paulo calidius, et sibi minus constans scripsit Magni *Isaaci* Filius, *Mer. Casaub.* in dissert. *de Homeri Edit. Hack.* p. 171. In sequentibus *Eustathii* mentionem omittam, nam si vel eadem protulerit; fontes ipsi semper rivulis erunt anteponendi. Pars ultima Scholii ad Il. A. 591. egregio supplemento ditari potest e Ms.

Εἴρηται βηλὸς ἀπὸ τοῦ βαίνεσθαι· ὡς καὶ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ διοδεύεσθαι καὶ ὁ Πανύασις δὲ, τὰ πέδιλα, Βίολα λέγει.

ad oram libri *Suidam* citat *Is. Vossius*, qui passim rariora signis adiectis in Codicis margine designavit. Legitur apud *Suidam*, Βίολα, πέδιλα, ὑποδήματα. necdum poeniteat, Scholion legisse. ad Il. Δ. v. 440. post illa priora sic pergit Ms.

Ἄρης δὲ, ἡ προθυμία τοῦ πολέμου ἢ σωματοειδὴς θεός. Παραγενέσθαι δὲ αὐτοὺς φησὶ, οὐχ ὡς συμμάχους, ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων ταῦτα παθῶν ἐπλάσατο.

ad Il. Θ. v. 48. in fine:

Τρία δέ εἰσιν ἀκρωτήρια τῆς Ἴδης· Λεκτὸν, Γάργαρον, Φαλάκρα. τούτου μνημονεύει Καλλίμαχος ἐν πρώτῳ Αἰτίων.

Ms. praefert αἰτιῶν. *Callimachum* in ea re testem laudatum nusquam legerat *Bentleius*. Editum ad Il. N. v. 588. Scholion multo plenius in Ms.

Πτυόφιν] Πτύου· Πτύον δέ ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ ἠλοημένα γεννήματα ἀναβάλλοντες χωρίζουσι τοῦ ἀχύρου. Ὁ δὲ τύπος παραγωγή. Τινὲς δὲ, τὰ μὲν σιδηρᾶ, Πτύα· τὰ δὲ ξύλινα, καὶ τρόπον χειρὸς ἔχοντα, οἷς καὶ τοὺς στάχυας ἀναῤῥίπτουσι, Θρίνακας καλοῦσιν.

perperam θρήνακας legebatur. ad Il. O. v. 71. praeter cetera:

Ἀθετεῖται ὁ στίχος οὗτος. Τινὲς δὲ, Ἴλιον ἐκπέρσωσι, γράφουσι.

ad Il. O. v. 101.

Οὗτος ὁ γέλως Σαρδώνιος καλεῖται, ὅταν τις μὴ ἐκ διαθέσεως ἢ κρίσεως γελᾷ, ἀλλὰ πρὸς ὑπόκρισιν μετὰ δαγμοῦ τῆς καρδίας.

formam minus usitatam δαγμὸς in vulgarem δηγμὸς nolim mutari. ad Il. Π. v. 589.

Αἰγανέης] εἶδος ἀκοντίου πρὸς αἰγῶν ἄγραν ἐπιτηδείου. Οὐ βούλεται δὲ πλέον τοὺς Τρῶας φεύγειν. διὸ εἴληφε σύμμετρον ἀκοντίου διάστημα, βουλόμενος σημᾶναι, τὸ ὅσον ὑπεχώρησαν.

ad Il. T. v. 47. post verbum πεπονθέναι sequentia leguntur:

Ἢ ὅτι ἐπίσης ἀμφότεροι οὐκ εἶχον εὐθυδρομεῖν, εἰ καὶ ἐν διαφόροις τόποις συνέβαινεν εἶναι τὴν πληγήν.

ad Il. T. v. 127. in medio Scholio sic legitur in Ms.

Ἱστορία. Οἱ περὶ Κρόνον Οὐρανοῦ παῖδες ἀρχαῖοι Τιτᾶνες τοῖς ἀμφὶ τὸν Δία νεωτέροις θεοῖς πόλεμον ἤραντο, καὶ τοῦτο πράττειν δι' ἐπιβουλῆς ἐγνώκασι, καὶ δηλοῦσι τοῦτο Διΐ, καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοῖς συγκροτῆσαι τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ, καὶ τιμῆσαι τὴν Στύγα, καὶ τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ ὅρκον θεῶν ποιῆσαι. ἡ ἱστορία παρὰ Ἡσιόδῳ καὶ Θεογόνῳ.

expressi lectionem libri scripti mendosam. In Scholio ad Il. T. v. 332. priora ferme cum editis conguunt; deinceps redicule ἱστορικοῖς legitur pro ἱστουργικοῖς, (in Schol. in *Theocrit.* XV. 80. ὑπουργοὶ, pro ἱστουργοί.) tum sic pergit liber Leid.

Αἱ μὲν οὖν κόραι ἐπὶ τοὺς ταλάρους ὥρμησαν, καὶ τὰ λοιπά· (ὁ δὲ) ἀνελόμενος τὰ ὅπλα κατάφωρος ἐγένετο, καὶ συνεστρατεύσατο. Πρότερον δὲ — ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς.

Ad Il. T. v. 74. multa leguntur editis paene similia, sed plura quae non lubet describere; in illis etiam haec:

Οὗτος μὲν οὖν τρόπος ὑπὸ λόγων (l. ἀπολόγων) ἀρχαῖος ὢν πάνυ, καὶ ἀπὸ Θεαγένους τοῦ Ῥηγίνου, (*Ms.* ῥιγίνου) ὃς πρῶτος ἔγρα-

ψε περὶ Ὁμήρου, τοιοῦτός ἐστιν ἀπὸ τῆς λέξεως. Ἔνιοι δὲ ἀπὸ ἔθους ἀπολογοῦνται. - -

Uno praeterea loco defungar, qui forte proderit, si quis retractare instituat antiquitates Dodonae, quas praeter ceteros, a *Iacobo Gronovio* excitatos, in lucem protraxit Vir Eximius, *Iacobus Triglandius*. Ad Il. II. v. 253. quae prima leguntur in Scholiis, et totidem paene verbis hinc repetita in Etymologico M. p. 593. eadem occurrunt in Scholiis Mss. in quibus nomen Thrasybuli proxime excipiunt edita, ad v. 235. hoc modo:

Ὑποφῆται λέγονται οἱ ἱερεῖς, ὑπομάντεις. — etc. Ἀνιπτόποδες] Ἤτοι βάρβαροι — cetera eadem paene, in fine: Χαμαιεῦναι δὲ, οἱ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κοιμώμενοι λέγονται παρὰ Εὐφορίωνι.

Euphorionis in editis omissum nomen sequuntur, ad v. 253. recte relata: Πελασγικὲ, Θ. etc. in quibus pro, ἐξ οὗ καὶ Πελασγὸς, ὡς· Ms. habet ἐξ οὗ καὶ Θαῦστος ὁ ὑπὸ Πελασγῶν τιμώμενος· - - - Post nomen Πελασγία haec prostant:

Σελλοί] Ἔθνος Ἠπειρωτικὸν τῆς Θεσπρωτίας κληθὲν ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος αὐτοῦ ποταμοῦ Σελλήεντος. reliquis haec post v. μαντεῖον subiiciuntur: Οἱ δὲ ἀπὸ Σελλοῦ τοῦ Θετταλοῦ τοῦτο τὸ γένος· ὅθεν κατὰ διαδοχὴν οἱ τοῦ Διὸς ἱερεῖς ἐγίνοντο.

XVII. Haec vero universa in nobilem *Homeri* locum adnotata anteceduut in Ms. quae vulgavi post Anim. in *Ammonium* p. 246. ad scriptam lectionem expressa, si excipias nomen Μολοσσίας, pro mendoso μηλυσσίας positum. Similiter in fine, pro οἱ δὲ πελάσγικε· λαφον, corrigi potuerat, οἱ δὲ Πελαργικέ· λ. ex *Eustathio*, qui alteram adnotationis nostrae partem citat p. 1074. v. 24. non

item primam, in qua perperam scribitur Πόδαρος. Corrigi debet: τὸν Λυκηγενῆ Πάνδαρος· prouii in *Stephani Byz.* fragmento recte correxit Celeberr. *Iacobus Gronovius.* Hic dum tractabat ea, quae proxime in *Stephano* sequuntur, si Scholion habuisset ad manum, nullo negotio solvisset nodum, quem ut intricatissimum esse ostenderet, adhibuit aliquot centena verba, in Exerc. de Dodone p. 30, 31, 32. eo tandem prolapsus, ut prorsus crediderit, *Stephanum* scripsisse: Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ Κασσωπαῖον. ubi vulgatur: Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον. *Pinedo, Berkelius, Eduardus Bernardus*, qui praeter *Gronovium* hunc locum attigerunt, hallucinantur. *Is. Vossius* in margine fragmenti *Stephani* recte pro ναῖον posuerat Νάϊον· memor, opinor, eorum, quae in Scholiis suis in *Homerum* legerat. Hinc aestimetur Scholii huius bonitas; in quo legitur: ὁ δὲ Δωδωναῖος καὶ Νάϊος· addita etiam adpellationis, de cuius veritate nunc non disputo, ratione: ὑδρηλὰ γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία· ad simplex lumen commenta protinus evanescunt: in Epitome etiam *Stephani* dudum legerant: τὸν δὲ Δωδωναῖον (*Iovem*) ἔλεγον Καιναῖον, *Caenaeum.* Literae tantum fuerant seiungendae: καὶ Νάϊον. hinc nonnulli *Hesychium* emendandum suspicabuntur: Δωδωνεὺς, Ζεὺς, ὁ αὐτὸς καὶ δῖος· ante eruditum Scholion probabilis poterat videri correctio: καὶ - - αἶος· quae *Heinsii* erat coniectura; nunc praetulerim Δωδωνεὺς, aut, si quis ita malit: Δωδωναῖος, Ζεὺς, ὁ αὐτὸς καὶ Νάϊος. Haec scripseram, cum recordabar, fragmentum *Stephani*, e Ms. emendatum, notis etiam illustrasse *Montefalconium* in Bibl. Coisliu. Hic p. 284. prope veritatem accessit, iudicans, Ναῖον non esse in *Stephano* sollicitandum: ingeniose praeterea coniectat, Ναῖον eodem sensu accipiendum, quo dictus fue-

rit *Zenodoto* Jupiter Dodonaeus Φηγώναιος, *habitans in fago. Zenodotus*, cuius correctiones, a Grammaticis vulgo reiectae, semper aliqua sunt parte commendabiles, in *Homeri* loco legendum iudicabat, quod e *Stephani* fragmento discere potuisset *Barnesius*,

Ζεῦ ἄνα, Φηγωναῖε,

sive potius cum Viro Praestantiss. Φηγώναιε, quasi dicas *adyti Dodonaei incolam:* de Jove, quercus olim vocalis, et quidem πολυγλώσσου, incola, verba *Hesiodi* putem accipienda,

— — ναῖεν δ' ἐν πυθμένι Φηγοῦ.

in fragm. non una parte mendoso apud *Schol. Soph.* in Trachin. v. 1185. ubi vulgatur *ναῖον*· reliqua etiam possent tentari, et de vetulis fatidicis, ac Tomuris Dodonaeis, nonnulla proferri, aliis indicta; verum ea, quae attuli, ab instituto paulo alieniora forte iudicabuntur. Redeo itaque ad Scholia in *Homerum.*

XVIII. Scholiis Codicis ineditis saepe *Porphyrii*, interdum nomen praefigitur in huiuscemodi certe libro inexspectatum Σενεχιρείμ, saepissime neutrius. Huius generis Scholia inedita vetera, quibus nomen Auctoris non praefigatur, subdam nonnulla, quorum primum et secundum, pleraque non item, attigit *Eustathius.*

Il. B. v. 825. Πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο.] Πίνοντες μέλαν ὕδωρ τοῦ βαθυτάτου Αἰσήπου ποταμοῦ. τὸ δὲ μέλαν κοινὸν ὑδάτων ἐπίθετον, ὡς, κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης, καὶ Καλλίμαχος,

— — Αἴσηπον ἔχεις, ἑλικώτατον ὕδωρ.

Il. Γ. v. 213. et seqq.

Τρεῖς οἶδε τρόπους ῥητορείας Ὅμηρος· τὸν βραχὺν καὶ ἀπολελυμένον, καὶ ἱκανὸν αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα παραστῆσαι, ὃν Λυσίας ἐζή-

λωσεν· τὸν ὑψηλὸν καὶ καταπληκτικὸν καὶ μέγιστον καὶ ἐνθυμημάτων μεστὸν, καὶ τούτων ἀθρόως ἐμφερομένων, ὡς νῦν ὁ Δημοσθένης· τὸν πιθανὸν καὶ τεχνικὸν καὶ πολλῶν πλήρη δογμάτων, καὶ τὸ γνωμικὸν καὶ σαφὲς ἐπιλεγόμενον, ὃν Ἰσοκράτης.

Il. Δ. v. 259.

Τίμιον τοῦτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς καὶ ἔτι παρὰ Κυμαίοις· Γερούσιον δὲ, τὸ τοῖς ἐντίμοις διδόμενον· κατελείπετο γάρ τι τῶν λαφύρων εἰς τὰς κοινὰς εὐωχίας.

Il. E. v. 807. 808.

Πάντα, κοῦρον, ἢ τὰ ἀγωνίσματα, οὐ καθόλου δὲ εὑρέθη παρὰ Ἀριστάρχῳ τὸ,

Ῥηϊδίως· τοίη — ἐγὼν ἐπιτάρροθος ἦα.

ἐναντίον γάρ ἐστι τοῖς προκειμένοις.

Il. E. v. 857.

Εἰ οὖν ἑπταπέλεθρος ὁ Ἄρης, πῶς τὸ Διομήδους δόρυ τρῶσαι αὐτὸν δύναται κατὰ κενεῶνος; ὅτι νῦν ἀνδρὶ εἴκασται. πάρα γάρ οἱ

— κεῖνος Ἄρης (φησὶ) βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς.

τὸ δὲ Μίτρην, κατὰ δοτικὴν Ἀρίσταρχος, Ἡρωδιανὸς δὲ μετὰ τοῦ ν, ὅπερ βέλτιον.

Il. Z. v. 147.

Δύναται μὲν καὶ ἄρθρα εἶναι, ἄμεινον δὲ συνδέσμους αὐτοὺς ἐκδέχεσθαι· Ἀλεξίων δὲ εὐθύνει, τὰ ἄρθρα σολοικισμὸν κατὰ τὴν Φράσιν νομίζων, ὅς φησι, πῶς ἑνικὸν ὂν τὸ, Γενεὴ, ἐπιμερίζεσθαι δύναται· κακῶς δέ· δύναται γὰρ καὶ ἐξ ἑνικοῦ ἐπιμερισμὸς γίνεσθαι.

Il. H. v. 298.

Θεῖον ἀγῶνα, τὸν περὶ τὰ ἱερὰ, ἔνθα οἱ θεοὶ αὐλίζονται διὰ τὰ ἀγάλματα. Γράφεται δὲ καὶ Θύονται, ὡς Ἡρωδιανός· οὕτω γὰρ ἄμεινον.

Il. Θ. v. 578.

Ἠθικῶς καὶ τοῦτο, πρὸς τὸ,
— — ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς.

Προφανείσα δὲ γράφει Ἀρίσταρχος, δυϊκῶς. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς Προφανείσας βούλεται, συστέλλων Δωρικῶς τὸ α, ᾧ καὶ πειθόμεθα.

Il. Λ. v. 115. ἄπαλὸν - - ἦτορ ἀπηύρα.] Τοῦτο ἐκίνησε τοὺς Στωϊκοὺς, καὶ Ἀντίπατρον ἐν τῷ περὶ ψυχῆς δευτέρῳ, λέγειν, ὅτι συναύξεται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ, καὶ πάλιν συμμειοῦται.

Il. M. v. 175 -- 181.

Ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος, πρῶτον μὲν, διὰ τὸ πύλας ἄλλας ὀνομάζεσθαι· ἀρέσκει γὰρ αὐτῷ μίαν εἶναι· εἶτα διὰ τὸ, Ἀργαλέον δέ με ταῦτα, — φησὶ γὰρ, ὅτι καὶ μὴν ἔφρασε τὴν τειχομαχίαν· εἶτα καὶ διὰ τὸ, Λαπίθαι. Οὐ γὰρ δεῖ, φησὶ, τοὺς πατέρας καὶ τοὺς υἱοὺς Λαπίθας καλεῖν. Πῖος δὲ, ἀπολογούμενος πρὸς τὰς ἀθετήσεις Ἀριστάρχου, ταῦτα φησὶν, ὅτι Ἄσιος μὲν περὶ τὴν μίαν πύλην τὴν ἱππήλατον ἐμάχετο, οἱ δὲ περὶ αὐτὸν περὶ τὰς μικρὰς πύλας—τῷ δὲ, ἄλλας μικρὰς εἶναι, οὐδεὶς εὖ φρονῶν ἀντείποι. Πῶς γὰρ τοσοῦτον πλῆθος ἐν τῷ Φεύγειν διὰ μιᾶς εἰσῄει. Τὸ δὲ, Ἀργαλέον δέ με ταῦτα, πάνυ μετρίως εἰρῆσθαι φησί· ἀνδρῶν γὰρ ἀναιρουμένων κατάλογον διεξιὼν καὶ τρόπους τῶν ἀναιρέσεων, καὶ λόγους, τῶν ἀναιρούντων καὶ πιπτόντων, καὶ συμπτώματα τῆς τύχης, καὶ πολυμερῆ μάχην, εἰκότως ἐνδείκνυται δυσχερῆ τὴν τούτων διήγησιν. τὸ δὲ, Λαπίθαι, γελοιότερον. πῶς γὰρ ἄλλως ἦν ὀνομάσαι τοὺς τῶν Λαπιθῶν υἱοὺς, ἢ τὸ πατρικῷ ὀνόματι;

Il. N. v. 599.

Οἰὸς ἀώτῳ: Προβάτου ἄνθει, ὅ ἐστιν ἐρίῳ· ἐξ ἐρίων γὰρ συνέπλεκον τὰ κῶλα τῆς σφενδόνης, οὐχ ὡς νῦν νεύροις, ἵνα διατείνοιτο ἐν τῇ ἀπορρίψει. Πολλὰ δὲ δηλοῖ τὸ Ἄωτον, ὡς φησιν Ἐπαφρόδιτος· νῦν δὲ τὸ τοῦ ἐρίου λεπτότερον καὶ καθαρώτερον (*l.* λεπτότατον καὶ καθαρώτατον) ὅθεν καὶ αἱ σφενδόναι ἐπλέκοντο.

Il. Ξ. v. 40.

Ἡρωδιανὸς Πῆξεν ἀποδέχεται, ἵν' ᾖ τὸ ἐν ἀκινησίᾳ ἐποίησεν· ἐπὶ τινὶ γὰρ χαλεπῷ τὴν ἀποχώρησιν αὐτοῦ ὑπώπτευσαν. ἢ μᾶλλον ἐπέῤῥωσε· ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ὁ λόγος αὐτοῦ. Ἀρίσταρχος δὲ Πτῆξεν, ἀντὶ τοῦ ἐταπείνωσεν, ἢ ἐπτόησεν.

Il. Ξ. v. 176.

[Πεξαμένη] Διακρίνασα καὶ διαχωρίσασα (Ms. ῥή.) Τὸ δὲ Πλοκάμους ἔπλεξε, παρονομασία ἐτυμολογική. Μέμφεται δὲ Πλάτων τὸν κόσμον, ἀγνοῶν ὡς ἀνθρωποπαθεῖς τοὺς θεοὺς ὁ Ποιητὴς εἰσάγει. Φυλακτέον (*Ms.* πεφυλ. *forte* παραφυλ.) δὲ τὸ παιδευτικὸν, ὅτι οὐ κομμώτριας (*Ms.* οὐκαμματρί) εἰσήγαγε τῇ θεῷ, ἀλλ' αὐτὴν ἑαυτῇ· πάντα ὑπηρετοῦσαν.

Il. O. v. 384.

Ἰδίωμα φησὶν Ἀρίσταρχος γεγενῆσθαι περὶ τὴν μάχην· τῶν γὰρ Τρώων ἕως τοῦ τείχους γεγονότων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν πρυμνῶν μάχονται. διὸ οἱ Τρῶες, ὅπως ἀπὸ ἴσου βάλοιεν ὕψους, ἀπὸ τῶν ἁρματίων δίφρων αὐτοὶ μάχονται, ὥστε ἀποστραφῆναι τοὺς ἵππους ἐπὶ τὴν Ἴλιον. ἔσονται δὲ καὶ οἱ ἡνίοχοι ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν τετραμμένοι, τὰ δὲ νῶτα δόντες τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ παραβάται σκέ-

ποντες αὐτοὺς ἅμα καὶ μαχόμενοι, διὸ καὶ ὁ ἡνίοχος Πολυδάμαντος Κλεῖτος (Ms. κλῖτος) κατὰ τὸν αὐχένα τέτρωται.

Il. O. v. 445.

Ἀμφίβολόν ἐστι, πότερον τὸ κλειτόν ἐστιν ὄνομα, ἢ τὸ ἀγλαόν· καί τινες μὲν τὸ Κλειτόν Φασι παρὰ λόγον· Κλεῖτον γὰρ ἔδει εἶναι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Κλειτὸν, ὃ σημαίνει τὸν ἔνδοξον. ἄμεινον οὖν, τὸ μὲν κλειτὸν ἀντὶ τοῦ ἔνδοξον, τὸ δὲ Ἀγλαὸν ἀντὶ κυρίου ὀνόματας ἐκλαμβάνειν.

Il. Π. v. 347.

Ἐπάνω τῆς ὑπερώας ἠνέχθη ἡ πληγὴ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον. οἱ δὲ ὀδόντες κατὰ τὴν ἐπιδρομὴν τοῦ δόρατος ἐξετινάχθησαν. Ὀστέα δὲ ὁ Ἀπολλώνιος τοὺς σΦονδύλους Φησίν. οἰκείως δὲ ἐπὶ μὲν ὀστῶν Ἐκέασθεν, ἐπὶ δὲ ὀδόντων Ἐτίναχθεν, ἐπὶ δὲ τοῦ δόρατος Ἐξεπέρησέ Φησι.

Il. Π. v. 542.

Ταῦτα γὰρ σώζει, τὸ μὲν πόλιν καὶ οἰκήτορας, τὸ δὲ, ἀπεῖργον τοὺς πολεμίους. Αἰσχύλος,

Ὅπου γὰρ ἰσχὺς συζυγοῦσι καὶ δίκαι,
Ποία ξυνωρὶς τῶνδε καρτερωτέρα;

τὴν δίκην δὲ προτάσσει, ὡς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἁρμόζουσαν βασιλεῖ.

XIX. Scholia libri Leidensis inedita nonnunquam nomen praeferunt *Senacherimi*; huius generis exempla pauciora scopo nostro satis erunt. Ad Il. H. v. 410. ubi praeter cetera reperitur — πυρὸς μειλισσέμεν· - - - sic legitur in Ms.

Τοῦ ΣΕΝΑΧΕΙΡΙΜ.

Τὸ διὰ πυρὸς μειλίσσεσθαι. Λέγει δὲ κινδυνεύειν καὶ ταφῆς μεταδιδόναι, ἢ διὰ πυρὸς θάπτεσθαι. Δοκεῖ δὲ τὴν ἀναφορὰν πρὸς τὰ

πρῶτα ἔχειν. ἐχαρίσατο μὲν γὰρ διὰ τῆς ταφῆς τῶν τεθνηκότων, ἐκ φόβων δὲ καὶ αὖθις ἀνάγων αὐτοὺς, δι' ὧν πεπόνθασιν εἰς προσδοκίαν μειζόνων, ἔτι φησὶν ἀνεκδιοίκητα εἶναι τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους, καὶ τὴν τούτων παράβασιν.

ad Il. Λ. v. 347.

Τοῦ ΣΕΝΑΧΕΙΡΙΜ.

Τὸ Κυλίνδεται οὕτως ἡμῖν ἤκουσται· ἢ ἀντὶ τοῦ, βαρέως ἡμῖν καταφέρεται. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀφ' ὕψους καταφερομένων σωμάτων, καὶ ἐπιπιπτόντων τοῖς ὑποκειμένοις. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐκ θεοῦ ἐπέρχεται. ἐν μὲν τῷ Κυλίεται ἐμφαινομένου τοῦ ἀφ' ὕψους φέρεσθαι. διὰ δὲ τοῦ ὕψους νοουμένης τῆς θείας ὑπεροχῆς.

ad Il. T. v. 218.

ΣΕΝΑΧΕΙΡΙΜ.

Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δοκεῖ, ὅτι ἁπλοϊκωτέρως χρωμένων τῶν Ἡρωϊκῶν προσώπων τῷ περὶ αὐτολογίας, καὶ ἀνεπιφθόνως καὶ φιλαληθῶς ἐκτιθεμένων τὰ οἰκεῖα πλεονεκτήματα. καὶ τὸ Πολλὸν οὕτως ἤκουσται. — προβαλοίμην Πολλόν. εἶτα θεραπεύει καὶ τοῦτο, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἰδίας συνέσεως τοῦτο λέγειν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πολυχρόνου πείρας. Τοῦτο δὲ παρατηρητέον, καὶ ἐν οἷς ἄλλοις πρόσωπόν τι ἑαυτῶν συνιστᾷ, ἢ δι' ἐπαίνου ἢ ἑτέρως πῶς συγκροτεῖ.

ad Il. T. v. 298.

ΣΕΝΑΧΗΡΕΙΜ:

Οὐχ, ὥς τισιν ἔδοξεν, ἐνταῦθα ἀκούεσθαι χρὴ τὸ ὡς. ἀλλὰ οὕτως ἐμοὶ δοκεῖ· θήσειν, ἤγουν κατὰ θέσιν ποιήσειν ἄλοχον κουριδίην, τοῦτο γενομένην τῇ θέσει καὶ τῇ σχέσει θετικῶς, ὅπερ κατὰ φύσιν ἡ παρθενικὴ τυγχάνει.

ad Il. Φ. v. 76.

ΣΕΝΑΧΕΙΡΗΜ:

Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸ, Πρώτῳ πασάμην, μὴ κατὰ τάξιν τινὸς τῶν ἑξῆς λέγεσθαι, ἀλλ' ἐσχάτως ἀντὶ τοῦ προτέρως.

ad Il. Ψ. a v. 507. ad v. 512.

ΣΕΝΑΧΕΙΡΗΜ:

Ἀπὸ τοῦ Στῆ δ' ἐν μέσῳ ἀγῶνι — μέχρι τοῦ,

Καὶ τρίποδ' ὑιτώεντα Φέρειν· ὁ δ' ἔλυεν ὑφ' ἵππους,

ἐμφαντικῶς χρὴ τοὺς διὰ μέσου στίχους ἐκδέχεσθαι, ἵνα διαστήματος παραδρομὴ ἐμφαίνηται, μεταξὺ τοῦ τε διελθεῖν τον Διομήδην, καὶ μετ' αὐτὸν τὸν Ἀντίλοχον. καὶ λογίζεται ὁ ἀκροατὴς τόσον προδραμεῖν τὸν Διομήδην τῶν ἄλλων, ἐφ' ὅσον ἦν δυνατὸν γενέσθαι, ἅπερ διὰ τῶν στίχων τούτων λέγει γενέσθαι. ὅπερ μὴ ὂν ἐν τῷ Ἀντιλόχῳ καὶ τῷ Μενελάῳ φησὶν, Ἀλλὰ καὶ ὡς Μενέλαος ἔχ' ἐγγύθεν ὠκέας ἵππους, καὶ τὰ ἑξῆς.

Haec non satis emendate scripta, quum nihil etiam contineant, quod detrimento sit ignorasse, eo tamen proferenda videbantur, ut ratio Scholiorum, quae sub nomine *Senacheribi* leguntur in Leidensi Codice, cognosceretur. In illis, saepe perbene, sententia Poëtae ab homine non indocto modeste proponitur: nec Auctores veteres citatos neque tamen etiam in illis offendi recentioris aevi vocabula, quae vocant Graeco-barbara. Ab inepto Grammatico non poterat exspectari quae legitur ad Il. X, 375. adnotatio *Senacheribi*. Sunt tales non paucae; quibus ferme solis praeter Porphyriana, cum nomen *Senacherim* accurate semper praefigeretur, coepi suspicari, ignobilem Grammaticum e variis

exemplaribus in unum volumen diversorum et *Porphyrii* collegisse Scholia, et, dum illa referret in margines Iliadis *Homeri*, sua passim ceteris immiscuisse observata, quibus, ut secernerentur a reliquis, nomen suum semper antefixerit. Pervelim autem, ut quis me quidpiam de isto *Senacherib* edocefaciat, quibus in oris et quo temporis articulo, Seculo XII. an XIII, vixerit; sed credo equidem, plerisque omnibus, nisi si qui Codicem tractarint Leidensem, Grammaticum penitus esse inauditum; nomen praeterea prorsus inopinatum, forte nemini mortalium inditum, a quo vetus Assyriorum Monarcha a filiis fuerat, dum sacris operaretur, trucidatus. Huius nomen, secundum Hebraeos Σαγχερὶβ pronuntiandum, in Graecae versionis Librorum V. T. Codice Alex. semper scribitur Σενναχηρεὶμ, nisi quod, ubi prima eius fit mentio, ponatur Σεναχηρεὶμ, in Codice autem Romano passim legitur Σενναχηρίμ. Graeco flexu Σεναχήριβος sive Σεναχήρειμος (in Mss.) aliquoties vocatur *Josepho*, Ant. Iud. X, c. 1. §. 1. 4. 5. Σαναχάριβος, *Herodoto*, II. c. 141. Quae tanquam *Berosi* vulgavit *Fabricius* Bibl. Gr. Vol. XIV. p. 202. verba esse *Josephi* dudum monuerat *Scaliger*. Ne Graeca quidem sed peregrina forma scribitur in Leidensi libro Grammatici nomen, Σεναχειρὴμ vel Σεναχηρίμ. Sueverant iam olim Grammatici ex historia vetustissima repetere nomina, quae operibus suis praefigerent. Noti sunt *Melampus*, *Jason*, *Leander*, *Palamedes*, *Diomedes*, *Neoptolemus*, *Draco*, similesque: neque mireris Christiano Grammatico nomen e libris Sacris impositum; sed illud oppido mirificum, nomen illud *Senacherimi*, Sacris Scriptoribus detestati, cuipiam potuisse placere: nulla enim re alia Rex Senacherib Sacris fuit historicis nobilitatus, nisi quod superbi iactatoris, contra Hiskiam

arma moventis, exercitum Deus ultor prostraverit, et ipse domum redux inhonesta morte perierit. Vulgo autem Christiani inprimis ominis erant in nominibus propriis captandi studiosissimi; et iam antiquissimo aevo Graeci nomina etiam bene ominata consectabantur: *Plato* in Cratylo, p. 397. B. πολλὰ ὥσπερ εὐχόμενοι τίθενται, οἷον Εὐτυχίδην, καὶ Σωσίαν καὶ Θεόφιλον, καὶ ἄλλα πολλά. Res doctis nota, multis posset firmari. Praeter cetera, quae in N. F. prostant, nomina bene ominata sunt: *Erastus*, *Eutychus*, *Epaenetus*, *Asyncritus*, et servulorum, *Onesimus*, *Onesiphorus*. Graeci fuerunt Grammatici, *Pamphylus*, *Eudaemon*, *Epaphroditus*, *Sosibius*, *Eugenius*, *Eulogius*, *Irenaeus*, *Pius*: his nomen *Senacheribi* poterit nunc adiungi.

XX. Quisquis tandem Scholia collegerit, huic plurimum debemus propter adnotata *Porphyrii*, ceteris immixta. Plerisque nomen *Porphyrii* praefigitur: nonnullis, quae Porphyriana videbantur, nomen non fuit adiectum: huius generis duo Scholia subiiciam: ad Il. Υ. v. 234. leguntur sequentia:

Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο.] Ἀπὸ τῆς ἔρας ἀνέβησαν. ΥΦ' ἓν δὲ τὸ Ἀνηρείψαντο. τινὲς δὲ τὸ ἂν σύνδεσμον ἀνεδέξαντο· ἵν' ᾖ ὁ λόγος οὕτως· τοῦτον δὲ καὶ ὅσον ἕνεκα τοῦ κάλλους καὶ ἀνηρείψαντο ἂν οἱ θεοὶ, δηλονότι, εἰ μὴ ἐτεθνήκει. καὶ γὰρ οὐδέποτε, φασὶ, παρὰ τῷ Ποιητῇ εἰσάγεται οἰνοχοεύων ὁ Γανυμήδης. ἀλλὰ πρὸς τοῦτο λεκτέον, πρῶτον μὲν, ὡς οὐδέποτε χωρὶς ἂν (l. τοῦ ἄν) ὁ Ποιητὴς λέγει τὸ ἠρείψαντο. ἔπειτα ἐν ἑτέροις λέγει,

Δῶχ' υἱος ποινὴν Γανυμήδεος·

τὸ δὲ πάντων μεῖζον, ὁ καὶ συμπλεκτικὸς ἐπιζητεῖ πράγματα, ἃ συμπλέκει. ὁ δὲ ἂν

ἀναιρετικός ἐστι πάντων τῶν προϋπαρχόντων· πῶς οὖν δύναται συνταχθῆναι ὁ ἄν τῷ καί; Εἰ δέ φασιν, ὅτι οὐ φαίνεται τοῖς θεοῖς διακονούμενος, ἵστωσαν, ὅτι δύο συμπόσια παρεισάγονται· καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ γέλωτος ἕνεκα ὁ Ἥφαιστος οἰνοχοεῖ· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Ἥβη. παρεῖναι γὰρ τοῦτον οὐκ εἰκὸς εἰς καταστροφὴν Ἰλίου τοῖς θεοῖς βουλευομένοις. Μνασέας δέ φησιν ὑπὸ ταύτης (*leg. forte*, Ταντάλου·) ἁρπάσθαι, καὶ ἐν κυνηγεσίᾳ ἀναιρεθῆναι. Δωσιάδης δὲ, ὑπὸ Μίνωος· καὶ ὁ λιμὴν ὅθεν ἡρπάσθη, Ἁρπαγίας καλεῖται. ἀξιοῦντα δὲ μιγῆναι αὐτῷ κατακρημνίσαι αὐτὸν, τὸν δὲ πλάσασθαι τῷ πατρὶ, ὡς μὲν ἕλληνα (*leg.* Θύελλα) αὐτὸν ἥρπασεν. ἐξ αὐτῶν δὲ πρῶτον ἡ παιδεραστία ἤρξατο· τῇ γὰρ εὐεξίᾳ τῶν σωμάτων ἐκινήθησαν κατ' ἀλλήλων.

De hoc Scholio si quis dubitat, utrum sit *Porphyrii*; quod sequitur, illis videbitur Porphyrianum, qui legerint superius edita, et Quaest. Homericas. Pertinet autem ad Il. Σ. v. 356. et duodecim versus sequentes, quos non esse Homericos ostendit *Zenodotus*, argumentis in eam rem usus haud sane contemnendis: quum praecedentis Scholii partem postremam attigerit *Eustathius*; huius ne vestigium quidem apud *Eustathium* reperietur:

Ζηνοδότῳ, τῷ συγγράψαντι περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας τὰ δέκα βιβλία, συγγέγραπται καὶ περὶ τούτου τοῦ τόπου, ἐν ᾧ συγγράμματι πειρᾶται ἀποδεικνῦναι, διεσκευασμένον τοῦτον τὸν τόπον ἐπῶν ιγ'. Πρῶτον γάρ φησι, τὰς εἰσαγομένας τῶν θεῶν ὁμιλίας οὐκ ἐκτὸς τῆς ὑποθέσεως παραλαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἢ ὑπὲρ διδαχῆς τινος τῶν εἰς τὴν Ἰλιάδα συντελούντων, ἢ καὶ ὑπὲρ ἐπι-

δείξεως ἱστορίας παλαιᾶς, οἷον τὴν Διώνην πρὸς Ἀφροδίτην λέγουσαν,

— Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν,
— Πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν, — Τλῆ μὲν Ἄρης·

ἱστορίαν γὰρ παλαιὰν ἐκτίθεται. Τῆς δὲ Ἥρας (*imo* Ἀθηνᾶς) πρὸς Δία ἐπικερτομησάσης·

Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα τί μοι κεχολώσεαι ὅ, τι κεν εἴπω;

Ἦ μάλα δή τινα Κύπρις —

διδάσκει γὰρ, ὅτι ἀπὸ Ἀφροδίτης ἠπατήθη ἡ λέξις· (*f. leg.* διδάσκει γὰρ ἡ διάλεξις, ὅτι ἀπὸ Ἀφρ.) καὶ τὰς ἄλλας δὲ ὁμιλίας τῶν θεῶν οὐκ εἰκῇ φησι παραλαμβάνεσθαι. Ταύτην δὲ οὔτε ἱστορίαν φησὶ λέγειν, οὔτε τοῖς προκειμένοις (Ms. ἀποκειμένοις) πράγμασι πλέον τι προστιθέναι. Ἔπειτα, μέλλοντα τὸν Ὅμηρον διατίθεσθαι τὰ περὶ Ἡφαίστου πρὸς Θέτιν, οὐκ ἂν πρὸ αὐτῆς ἄλλην διάλεξιν θεῶν λαβεῖν, ποικίλλειν ἀεὶ εἰωθότα τὴν ποίησιν, καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπὶ τὰ θεῖα, ἀπὸ δὲ τῶν θείων ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα μεταβάλλειν. Εἶτα ἀνόητον τὸ λέγειν,

Ἔπρηξας καὶ ἔπειτα — ὡς ἐκ πείσματος παρηκολουθηκότος τοῦ γενομένου· οὐδὲ γὰρ ῥητῶς δεδήλωκεν ὁ Ποιητὴς, ὅτι ταῦτα ὕστερον ἔμαθεν ὁ Ζεὺς, ὡς ἐν τῷ ἄλφα,

Ἀλλὰ σὺ μὲν — αὖθις ἀπόστιχε· — καὶ,

οὐδὲ μὲν Ἥρη
Ἠγνοίησεν.

Εἶτά φησιν, ὅτι ἄλογον, τῇ μὲν Ἥρᾳ χαλεπαίνειν αὐτὸν, ἐπὶ δὲ τῇ τῆς Ἰριδος ἀποστολῇ, τῇ δὲ αὐχμῃ (*forte legendum*: ἐπὶ τῇ τῆς Ἰριδος ἀποστολῇ· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ μηδὲ

κατὰ βραχὺ, τ. κ.) κατὰ βραχὺ, τῇ καὶ συμπραξάσῃ Ἀχιλλεῖ, καὶ τὸ πῦρ δειξάσῃ πρὸς κατάπληξιν τῶν πολεμίων, ὁπότε ἔμπροσθεν τῇ μὲν Ἥρᾳ συγγινώσκειν (*forte* δεῖν *inserendum*) φησὶ τὸν Δία, τῇ δὲ Ἀθηνᾷ χαλεπαίνειν πλέον. Καὶ ὅτι πολλὴ ἡ ἀλογία φαίνεται, ᾗ, παρὰ καιρὸν ἡλίου δύνοντος Il. Σ. 241.) ὑπὸ Ἥρας, οὐδὲν περὶ τοῦτο ἐγκαλεῖ ὁ Ζεὺς, παρεγχειρουμένης τῆς τοῦ κόσμου τάξεως. Πῶς δὲ οὐκ ἐναντίον, φάσκειν περὶ Διὸς,

Μίσησεν δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι·

νῦν δὲ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ αὐτοῦ ἀγανακτεῖν; οὐδὲν γὰρ ἄλλο πέπρακται ἐκ τῆς Ἀχιλλέως ἀναστάσεως, ἢ τὸ μηδὲν παθεῖν. Πῶς τε τὴν ἀπὸ Ἴδης μετάβασιν τοῦ Διὸς οὐ δεδήλωκεν; ἀλλὰ τοῦτο μὲν συγχωρητέον κατὰ τὸ σιωπώμενον γενέσθαι· τὰ δὲ ἄλλα σαθρά ἐστι καὶ ὕποπτα. Ἡ γε μὴν ἀπολογία τῆς Ἥρας καὶ ἀνοήτως ἔχει· δέον γὰρ προβαλέσθαι, ὅτι κακὸν οὐδὲν εἰργάσατο τοὺς Τρῶας, σώσασα Πάτροκλον, ὅπερ καὶ τῷ Διΐ κεχάριστο, ἡ δέ φησιν, ὅτι

Οὐκ ὄφελον Τρώεσσι κοτεσσαμένη κακὰ ῥέξαι.

οὐδὲν γὰρ ἄλλο πράττει νῦν, ἢ συκοφαντεῖ ἑαυτήν. Ταῦτα ὡς ἐν κεφαλαίῳ ὑπὸ Ζηνοδότου (Ms. hic ζηνοδωρ.) συγγέγραπται. Ἀφαιρουμένων δὲ τῶν ιγ' στίχων, τὸ λοιπὸν ἁρμονίαν ἔχει.

XXI. Plura depromerem, nisi copiosas adnotationes iterato transscribenti taedium subreperet: tandem, ut his tricis me expediam, quaedam succedant, *Porphyrii* nomen praeferentia; sed haec etiam eo ponam pauciora, quod plurima sub huius

nomine iam fuerint prolata. *Porphyrii* Scholia vel sunt Ἀπορίαι καὶ Λύσεις, vel ἐξηγήσεις dictionum locorumve *Homeri*, quales ab aliis vulgo scribebantur. Huius generis sunt sequentia: ad Il. A. v. 486.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν.

Ἐξηγοῦνται τὰ ὑπερείσματα. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐνεῖρθαι τῇ γῇ γέγονεν. Οὕτως οὖν καὶ τὰ ἐλλόβια Ἕρματα εἴρηται παρὰ τὸ ἐνεῖρθαι,

Ἐν δ' ἄρα Ἕρματα ἧκεν ἐϋτρήτοισι λοβοῖσι.

καὶ Ἑρμῆς, (l. Ἑρμὶς,) ὁ κλινόπους, τὸ οἷον ἔρμα καὶ ἐρηρεισμένον κατὰ γῆς. καὶ,

Ἡμεῖς δ' Ἕρμα πόληος ἀπέκταμεν·

τὸ ἔρεισμα καὶ θεμέλιον (*f. l.* παρὰ τὸ) ἐρηρεῖσθαι ἐν τῇ ἔρᾳ. καὶ Ἕρμα δὲ, ὁ περιδέραιος κόσμος·

Χρύσεον Ἕρμα ἔχων,

εἶτ' ἐτυμολογεῖ,— μετὰ δὴ λέκτροισιν ἔορτο.

ad Il. Θ. v. 323—329.]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Ἦτοι ὁ μὲν Φαρέτρης ἐξείλετο πικρὸν ὀϊστὸν,

μέχρι τοῦ — τόξον δέ οἱ ἔκπεσε χειρός. Ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσι τοῖς παρὰ τοῦ Τεύκρου εἰρημένοις, ζητοῦσι ποίαν χεῖρα τέτρωται ὁ Τεῦκρος. καὶ πότερον τὴν νευρὰν ἐπὶ τὸν ὦμον ἕλκει, καθάπερ οἱ Σκύθαι· τοῦτο γὰρ ᾤετο Νεοτέλης, ὅλην βίβλον γράψας περὶ τῆς κατὰ τοὺς Ἥρωας τοξείας, καὶ τοὺς μὲν Κρῆτας φάμενος τὴν νευρὰν ἕλκειν ἐπὶ τὸν μαστὸν, τὴν δὲ τάσιν κυκλοτερῆ ποιεῖσθαι τῶν Σκυθῶν, οὐκ ἐπὶ τὸν μαστὸν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὦμον ἑλκόντων, προέχειν τὰ εὐώνυμα μέρη τοῦ τοξεύοντος τὰ δεξιά.

ad Il. N. v. 443.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Τὸ Σπαίρειν καὶ τὸ Σκαίρειν τινὲς συγχέουσι, ταυτὸν δηλοῦν νομίζοντες, καίπερ Ὁμήρου διακρίνοντος. Τὸ μὲν γὰρ Σπαίρειν μετὰ τοῦ α κατὰ Ἀττικὴν συνήθειαν λέγει Ἀσπαίρειν. Ἀσπαίροντα δ' ἔπειτα — καὶ Ἀσπαίροντα λαβών.

Ἦ ῥά οἱ ἀσπαίρουσα καὶ οὐρίαχον πελέμιζεν

Ἔγχεος.

Καὶ,

Ἧσπαιρ', ὡς ὅτε βοῦς —

Τὸ δὲ Σκαίρειν οὐκέτι μετὰ τοῦ α·

Μολπῇ δ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Ἔστιν οὖν ἡ διαφορὰ, ὅτι τὸ μὲν Σπαίρειν καὶ Ἀσπαίρειν ἄμουσον δηλοῖ κίνησιν, ὃ γίνεται ἐν ἰχθύσι, καὶ τῷ δεδεμένῳ (*Ms.* δεδεγμ.) κατὰ τὸν Ποιητὴν βοΐ. Τὸ δὲ Σκαίρειν ἔμμουσον κίνησιν, ὀρχηστικὸν καὶ εὔρυθμον. Οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τῶν ἰχθύων τὸν Σπαίροντα, καὶ τὸν Σκαίροντα κατὰ διαφόρους ἐννοίας διαφόρως προσηγορεῦσθαι, τῆς κινήσεως οὐχ ὁμοίως ἑκατέρων γινομένης. Τὸ δὲ Σκαίρω πάντως ὀξυτέρας ἁφῆς. καὶ τὴν Πολύσκαρθμον (Ms. πολυκ.) Μυρίνναν προσεῖπεν ὁ Ποιητὴς, μίαν τῶν Ἀμαζόνων, † ἅς Φασι καὶ εὐσκάρθμους (Ms. ἀσκ.) ἵππους. ἀπὸ δὲ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸ Σκιρτᾷν, καὶ Σκαρδαμυκτεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἴρηται.

Praeterea Leidensis Codex exhibet *Porphyriana*, quibus Quaestiones positae, sive Ἀπορίαι, solvuntur, qualia in editis exstant non pauca, sed multo plura in Ms. pleraque sub nomine *Porphyrii*. Harum *Porphyrii* observationum magna pars dudum fuit vulgata in libello Quaestionum Homericarum,

opera *Andreae Asulani* in lucem edito: constat is libellus in vetustis Edd. segmentis sive Quaestionibus XXXII. Quo modo Porphyriana ista legantur in Ms. Leidensi, breviter indicandum: Segmentum III. Quaest. Homer. ubi agitur de significatu vocis *Αἴολος* apud *Homerum*, quum potuisset loco magis opportuno deponi, fuit relatum ad Iliadis Z. v. 116. Quae leguntur Segm. IV. Quaest. Homer. occurrunt in Ms. ad marginem illius loci, quo spectabant, Il. Ψ, v. 422. Segmento V. Quaest. Hom. tractatur initium Iliadis *Ἰῶτα*· ista suo loco leguntur, paulo tamen contractiora in Ms. quam fuerunt edita. Sic orditur Ms.

Ὡς δ' ἄνεμοι δύο: ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Νῦν δοκεῖ πρὸς μηδεμίαν χρείαν δυοῖν ἀνέμων εἰκόνα παραλαμβάνειν· deinceps aeque ac in Edd. memoratur *Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Μόλωνος*· tandem sic desinit nota Ms. *βαρέως δὲ φέρουσι τὰ γεγονότα οἱ ἄριστοι. δύο οὖν πάθεσι συνεχομένους εἰπὼν τοὺς Ἕλληνας ἀπεικάζει προσηκόντως πελάγει δυσὶ πνεύμασιν ἐξεγειρομένῳ.* — Nec priores tantummodo, sed et postremas, quae quidem pertinent ad Iliada, *Porphyrii* Quaestiones Ms. noster subministrat. Quae in Edd. vetustis Quaestio XX, legitur ad marginem Ms. Il. Σ. v. 100. hoc modo:

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ *εἰς τὸ*,

Ἐμεῖο δ' ἔδησεν ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι.

Sequuntur totidem verba, quot sunt in Edd. Sequens Quaestio XXI, si tamen quaestio est dicenda, reperitur in Ms. suo loco ad Il. T. v. 182.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ: *Ἀμφίβολον διὰ τὴν αἰτιατικήν.* in fine Ms. *τὸ τῆς ἀρῆς ἀπᾶραι, τουτέστι τῆς βλάβης ἀπαλλάξασθαι καὶ ἐξιλάσασθαι.* Quaestionis, in veteribus Editionibus tricesimae, ultima verba vulgantur: *Ζηνόδοτος δὲ Διϊπετῆ τὸν*

διαυγῇ ἀποδίδωσιν. haec, in margine libri Leidensis ad Il. P. v. 265. posita, longe plura excipiunt inedita, quorum partem supra iam posui, reliqua describere ad finem properanti non lubet. Easdem autem Quaestiones Homericas *Porphyrii* in Codice etiam Mediceo inter cetera legi Scholia ex iis paene conficias, quae e Scholiis istius Codicis promit *Alex. Morus.*

XXII. Viam existimo me planam effecisse ad indicandum de *Porphyrii* observationibus in *Homerum*, sub nomine Quaestionum Homericarum vulgatis. Inter edita *Porphyrii* scripta, quatuor opuscula, quae spectent ad *Homerum*, recensuit *Jo. Alb. Fabricius*, B. G. Vol. IV. p. 185. et 186. Sed eorum secundum qui ad *Porphyrium* referunt, graviter errant. *Moralis* ista quae vocatur *interpretatio errorum Ulyssis*, ante biennium Leidae renovata, mille circiter annis post obitum *Porphyrii* demum fuit scripta. Patrem libelli *Nicephorum* esse *Gregoram* disci poterat e Codice Vindebon. quem *Petrus Lambecius* indicavit. L. V. Comment. de Biblioth. Caesar. Vindebon. p. 291. Tria autem opuscula *Porphyrii*, *de antro Nympharum*, fragm. de *Styge*, et *Homericae Quaestiones*, ex eodem in *Homerum* Commentario, quocunque fuerit insignis nomine, videntur fuisse repetita. Qui triginta duo capita, sub Ὁμηρικῶν Ζητημάτων nomine, primus edidit *Andreas Asulanus*, in Praefat. *hunc*, ait, *libellum ex antiquis excerptum exemplaribus Tibi Lector nunc damus, daturi propediem et Didymum et Aristarchum.* Ista verba apud *Fabricium* legenti suspicio nascebatur, Graeculum quempiam, *Asulani* mercenarium, excerpsisse Porphyriana de librorum veterum marginibus, in quibus, pariter ut in Leidensi, reliquis legerentur Scholiis intermixta. Postea credere malui, serie continua

codicem ista subministrasse, qui partem complecteretur exiguam adnotationum in *Homerum*. *Porphyrii Ζητήματα* citantur in editis ad *Homerum* Scholiis ad Il. B, v. 249. et 308. Istis in locis tradita certissime non leguntur in Quaestionibus Homer. quumque libros septem *Miscellanearum Quaestionum* scripserit *Porphyrius*, *Holstenio* memoratos, cap. VII. Dissert. de vita et scriptis *Porph.* inde crederes derivata, nisi τὰ Ὁμηρικὰ Ζητήματα memorarentur in iisdem Scholiis ad Il. Γ, v. 175. Quoniam ab editis multum dissidet Codex Leidensis, Scholion, quod de Menelai liberis post *Galeum* scripturienti proderit, e Ms. una cum mendis describam:

Ὁ Πορφύριος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς Ζητήμασιν οὕτως φησίν· ἐρατεινὴν εἶναι παῖδα τὴν Ἑρμιόνην. ὁ δὲ Δίαιθος, Ἑλένης καὶ Μενελάου ἱστορεῖ παῖδα Μοράφιον, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Μοραφίων γένος ἐν Πέρσαις. ὁ δὲ Κιναίθων, Νικόστρατον. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δύο παῖδας Ἑλένης τιμῶσι, Νικόστρατον καὶ Αἰθίολον.

Hermiones ceterorumve nulla fit in editis Quaestionibus mentio. Has si quis nunc iudicaverit e Scholiis Homericis a quopiam descriptas, qui, de more *Porphyrii*, libellum suis verbis *Anatolio* inscripserit, poterit is e Praefatione paulo consideratius expensa sententiam roborare; sed in illa, pro περινοοῦμεν, legi debet παρανοοῦμεν. Nam ut statuas cum *Holstenio*, *Porphyrium* observata pauciora primum evulgasse, veluti maioris operis in *Homerum* praeludia, οἷον προγύμνασμα τῶν εἰς αὐτὸν ἀγώνων, uti legitur in Praefat. tamen videbitur admirabile, deinceps in maiori sua πραγματείᾳ voluisse *Porphyrium* eadem, ne verbo quidem mutato, reponere: eadem autem observata non pauca,

verbis iisdem expressa, Codex suppeditabit Batavus, plurimis Porphyrianis interserta. Omnibus his, fateor, egregie quadrat; quod in Praefatione legitur, conatum se fuisse patefacere, *Homerum* suorum verborum interpretem esse optimum: *ὡς αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν τὰ πολλὰ Ὅμηρος ἐξηγεῖται.* verumtamen et ista reperiuntur initio segmenti XI Quaest. Hom. ad hanc normam integrando: *Ἀξιῶ δὲ ἐγὼ, ὃ μαρτυρῶ; ἐξ Ὁμήρου σαφηνίζειν αὐτοῦ; ὃν ἐξηγούμενον ἑαυτὸν ὑπεδείκνυον.* Potest itaque alicui probabile videri, Poëmatis utriusque, praecipue loca Iliadis difficiliora sumsisse sibi *Porphyrium* illustranda; ex hoc autem opere, quocunque illud nomine voluerit designari, derivata, praeter cetera, vulgati libelli capita, quaeque leguntur in *Homeri* Leidensis marginibus. In his multa copiose tractantur, nullus locus, quin prima facie possit nodosus videri, plurima, quae potiori iure, quam vulgati libelli nonnulla capita; *Ὁμηρικὰ* vocari possint *Ζητήματα*, sive potius *Ἀπορίαι*. *Suidas*, postquam recensuerat libros septem *Συμμίκτων Ζητημάτων, Γραμματικὰς Ἀπορίας* sub *Porphyrii* nomine commemorat. In Porphyrianis istis Libri Leidensis et in editis *Ἀπορίαις* de multis rebus quaeritur, quas cognovisse supervacuum atque inutile, neque illud immerito, dictitet Philosophus. Egit de istiusmodi Quaestionibus Grammaticorum Poëticis accurate *Woweranus*, de Polymath. c. X. In rerum divinarum humanarumque fonte *Homero*, nec mirum, nihil relinquebant intentatum; quique sive circa nodos scienter solvendos elaborabant, seu certe profitebantur, *Omnes solvere posse quaestiones*, dicti fuerunt *Λυτικοί*· *Eustathio*, *οἱ παλαιοὶ Λυτικοὶ*, et *οἱ τῶν Ὁμηρικῶν ἀπορίων Λυτικοὶ*, laudantur ad Il. P, p. 1131. v. 16. et ad Il. X, p. 1365. v. 31. de quibus notavit *Jo. Jonsius* de Script. Hist.

Phil. II. c. XVII. §. 5. Unicus persaepe locus *Homeri* pluribus Quaestionibus ingeniose tractandis materiem subministravit; veluti in Il. Λ. v. 631. et seqq. poculum depingentis Nestoreum; de quo Myrleanus *Asclepiades* verbosam conscripsit dissertationem, conservatam ab *Athenaeo*, XI. a p. 488. A. et seqq. sunt enim Asclepiadea ad paginam usque 493. mediam. *Porphyrii* nota, subiecta Anim. in *Ammonium* p. 244. indicabit, quo pacto solverint nonnulli quintam earum Quaestionum, quas sibi posuerat *Asclepiades*, ad illam p. 493. D. commemorans *Sosibii* commentum; Σωσίβιος ὁ Λυτικὸς Ptolemaei Philadelphi munificentia alebatur Alexandriae: et credidi plurimas Poëticarum Quaestionum natas in Alexandrino Museo, quibus excogitandis et argute solvendis homines eruditi vacaverint, ut his lusibus otium dispungerent, animumque rebus gravioribus versandis defessum repararent. Hoc si verum est, res vacabit vituperatione: vero certe simile apparebit e Scholio *Porphyrii* ad finem Iliadis Ἰῶτα deposito, cuius priora tantum verba describam e Libro Leidensi petita:

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Ἐν τῷ Μουσείῳ τῷ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν νόμος ἦν προβάλλεσθαι Ζητήματα, καὶ τὰς Λύσεις τὰς γινομένας ἀναγράφεσθαι. Προεβλήθη οὖν, —

XXIII. Porphyriana constat *Eustathium* suos in Commentarios recepisse plurima, quae reperiantur sive in Quaestionibus Homer. seu in Leidensi Codice; verum id minus liquet, quis libro fuerit index, quo Porphyriana derivaverit. Quinquagies *Eustathio* citatur ad Iliada *Porphyrius*, et in tanto numero duo duntaxat e *Porphyrio* traduntur, quae, cum momenti sint non nullius, iguoraremus absque

Eustathio, ubi sub teste *Porphyrio* tradit, quinam optime Catalogum *Homeri* sint interpretati, ad Il. B. p. 199. v. 48. et meliora p. 216. initio: hinc docuit *Gulielmus Canterus*, epigrammata quaedam, ab *Henr. Stephano* sine Auctoris nomine vulgata, partem efficere Pepli *Aristotelis* Stagiritae. Quum illud in Praefatione libelli, anno 1571. sub Aristotelis nomine vulgati, monuerat Elegantissimus *Canterus*, biennio post, invidus saepe virtutis alienae obtrectator, *Henr. Stephanus* ita libello renovato praefatus est, ut cupide velit videri non ignoravisse, quod *Canterus* detexerat. Decies tantum *Eustathio*, Odysseam commentanti, memoratur *Porphyrius*: de decem istis locis, tria spectant dissertationem de antro Nympharum; duo attingam: ad Od. Γ. p. 127. v. 6. ista, inquit, *διευκρινεῖ ἄριστα ὁ Πορφύριος ἐκθεὶς τὸν ἐθέλοντα μὴ θελούσῃ μιγνύμενον*, respiciens Il. Z. v. 165. ubi quae promit e *Porphyrio Eustathius* p. 488. v. 25. partim leguntur in Porphyrianis subiectis Anim. in *Ammon.* p. 242. Quae protulit ad v. Ἐπήβολος non contemnenda loca scriptorum Atticorum ad Od. B. p. 99. v. 27. et seqq. ex eodem *Porphyrio* repetiit *Etymologus* in v. Ἐπήβολος. Praeter unum locum male praetermissum, reliqua omnia multo melius scripta prostant in capite Quaest. Homer. primo, non item in libro Leidensi; nam spectant ad Od. B. v. 318. *Etymologum* et *Eustathium* sua derivasse de Porphyrianis istis, inde etiam est manifestum, quod tres conspirent in loco *Platonis* male designando: verba *Platonis* leguntur L. II. de LL. p. 666. D. in edit. *Stephani* recte scripta; *Eustathio*, *παιδείας* ponenti, verba Libri IV. de LL. ultima obversabantur. Maiorem in Iliadis quam in Odysseae locis explanandis operam insumsisse *Porphyrium*, et aliunde liquet, et ex *Eustathio*, Quae-

stiones Homericas nuspiam memorante. Scripsisse *Porphyrium* commentarios in *Homerum*, *Macrobii* loco instructus non dubitanter ponit *Lucas Holstenius*, cap. VII. Dissert. *Porphyrii τὰ εἰς τὸν Ὅμηρον* semel citantur *Eustathio:* ubi eius alibi fit mentio, nominatur tantum *Porphyrius:* tria loca excipio, ad Il. A. p. 25. v. 40. B. p. 213. v. 19. p. 272. v. 20. in illis legitur: *ἐν τοῖς τοῦ Πορφυρίου φέρεται ταῦτα.*

XXIV. Pari modo designatur passim *Eustathio*, quem legerat, *Apionis* et *Herodori* commentarius in Iliada: *ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου φέρεται.* ad eam normam iunctim ubique locorum nominantur; octies tamen *Apion* solus; bis *Apione* non comitatus *Herodorus.* Ubi prima vice eorum meminit, citat *Apionis* et *Herodori βιβλίον εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου*, deinceps *τὰ εἰς τὸν Ὅμηρον ὑπομνήματα.* utrumque locum indicavit *Jonsius* de S. H. P. IV. §. 22. Si bene commemini, semel tantum Scholiorum nomine designatur eorum commentarius ad Il. X. p. 1354. v. 16. *Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων ἐν τοῖς εἰς τὸ Πῖ σχολίοις λέγουσι.* A Porphyrianis, *Apionis* et *Herodori* notis passim distinguuntur Veterum Scholia, sub variis nominibus *Eustathio* laudata. *Porphyrius* potissimum in locis, quae viderentur difficiliora, commode enodandis, et in tradendis rebus veteris memoriae elaboravit, *Apion* vero et *Herodorus*, sive *Heliodorus*, suis in commentariis praecipue fuerunt in singulis, quae ab usu essent remotae, dictionibus Homericis interpretandis occupati, et in adnotandis e diversis Grammaticorum editionibus variis vocum lectionibus. Hinc petenda ratio, cur *Apion* praecipue totics testis advocetur a Grammaticis, qui dictiones Homericas in Lexica congesserunt. Quem nunquam non *Herodorum* vocat *Eustathius*, *Heliodorum* reliqui no-

minant Grammatici: de ista nominis differentia notat Celeberr. *Albertius* in Epist. ad Eulog. n. 51. Qui quinquies apud *Athenaeum*, et saepissime laudatur in Scholiis ad *Apollonium Rhod. Herodorus*, scriptor fuit Argonauticorum, et operis laboriosi, quo Herculis gesta explicuerat: nihil video causae, cur omnino crederemus cum *Jonsio*, hunc non esse diversum ab *Homeri* commentatore. *Heliodorum* Grammaticum, *Apionis* comitem, cur *Herodorum* nuncuparet *Eustathius*, ab ipsius Codice repetendum existimo: bis tamen Ἀπίωνι καὶ Ἡρόδωρος iunctim nominantur apud *Athenaeum*, XI. p. 501. E. et XIV. p. 642. E. sed posteriori loco, ubi citantur e *Pamphili* Glossario, ante *Casaubonum* legebatur Ἀπίωνι καὶ Διόδωρος· literarum ductus monstrant, olim scriptum fuisse Ἡλιόδωρος· ista loca non designavit, qui centenis erroribus scatentem indicem Auctorum ab *Athenaeo* citatorum confecit, indignus profecto, cuius turpissimum centonem operi duraturo intersereret *Jo. Alb. Fabricius*. *Apionis* mentio multo recurrit apud Grammaticos frequentior, ubi dictiones explicantur Homericae; in Etymologico M. frequentissima; et Lexicorum Homericorum magna sine dubio pars ex *Apionis* in *Homerum* commentariis fuit derivata. Superest *Apollonii* Sophistae Lexicon Homericum: in paucis speciminibus, quae vulgata Viris debemus Clarissimis *Montefalconio* et *Albertio*, plus vicies testis citatur *Apion*: ne quis forte requirat, non pigebit loca *Apollonii*, reperienda sive in Biblioth. Coisliniana, seu in notis ad *Hesychium*, indicasse; *Apion* memoratur in vocibus: Ἀβαρβαρέη. Αἰσυμνητῆρι. Ἄσαι. Αὐδήεσσα. Ἀχαρίστερον. Βαθυπέπλων. Βαμβαίνων. Βέρεθρον. Βλητοί. Δύη. Ζαφελῶς. Θαλπωρή. Θήρ. Θρυλλίχθη. Λαβρεύεται. Λαῖτμα. Μακών. Νεαίρη, bis. Ῥήτρη. Φαλός. *Helio-*

dorus laudatur in v. *Ἀνάπυστα.* (uti et apud *Hesych.*) *Ἄρπυια.* et *Ὑγρὸν ἕλος·* iunctus comiti suo *Apioni*, in v. *Ἀνδραχθέσι.* — *ὁ μὲν Ἡλιόδωρος — ὁ δὲ Ἀπίων.* Quum Lexici *Hesychiani* partem vocabula efficiant Homerica, dubitari non potest, quin plurima illis insint *Apionis* et *Heliodori* interpretamenta: sed non inutile videbatur ea de re paulo dixisse explicatius.

SCHEDIASMA

DE

Epistola ad Eulogium, Hesychio praefixa, operisque inscriptione.

Lexico *Hesychii* splendidus ille, sed operis dignitati minime conveniens titulus legitur praefixus: *Λέξεων πασῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον, ἐκ τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀππίωνος καὶ Ἡλιοδώρου, Ἡσυχίου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως.* Quae tandem illa sint ex *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* scriptis in opus Hesychianum derivata, cuperem equidem edoceri: in istiusmodi rebus verba mihi dari non facile patior, et titulis ambitiosis, si sensu vacant, haud sane valide moveor. Interea si quis me roget, e quorum libellis Lexicon existimem coaluisse Hesychianum, dicere non dubitabo, tres istos Grammaticos nihil adeo videri habuisse commune cum illis, quae siue controversia optimam conficiunt et maximam operis partem; qualia sunt pleraque Lexica, sed inprimis Glossaria. Dictiones diversis Graeciae populis proprias in Glossariis explicuerant antiquissimi Grammatici, non quasvis

sine discrimine, ut plerumque videntur viri Docti credidisse; sed illas duntaxat, quae a Poëtis, aliisve, qui scripserant istis Dialectis, certis in locis operum suorum fuerant usurpatae. Praeter Auctores ipsos, Glossaria etiam ista, suis Parentibus inscripta, dudum perierunt; nisi quod pleraque, Laconicum videlicet, Creticum, et reliqua, fuerint a Grammatico, quem *Hesychium* appellamus, in unum veluti corpus collecta. Istas λέξεις γλωσσηματικὰς Linguae veteris studiosi Critici mecum iudicabunt *Homeri* ceterorumque apud *Hesychium* dictionibus propterea praesertim anteponendas, quod nullum supersit Lexicon vetus, ad Hesychianum hac in parte aequiparandum. *Innumera* talia *diversarum nationum vocabula* reperiri in Etymologico M. re non satis perspecta, posuerat *Maussacus.* Istiusmodi quidem nonnulla prostant apud *Etymologum* eximia, quaeque Hesychianis rite admota usum habere possint perinsignem; sed haec oppido pauca dici debent, si conferantur ad copiam Hesychianam. Nihil etiam simile subministrabit rerum optimarum locuples *Suidae* Lexicon: is ne Laconicas quidem ex *Aristophane* Comico praeter paucissimas dictiones recepit. Nec hac in parte quidquam ex ineditis *Photii*, *Ioannis Damasceni*, ceterisque videtur Lexicis exspectandum. De *Photio* res omnibus poterit esse manifesta: e copiosissimo *Ioannis Damasceni* Dictionario, quod Bibliotheca recondit Bernensis, quaecunque leguntur sub litera Ζῆτα speciminis gratia ad me misit Theologus Bernensis, animi et doctrinae ornamentis Praestantissimus, *Jacobus Kocherus.* Codicibus Coislinianis insunt minime contemnenda; multa protrita; nihil vero, quod possit alicui videri repetitum ex istiusmodi Glossario, qualia plurima redegit in suam Syllogen *Hesychius.* Aliquot in Bibliotheca

sua commemorat *Photius* veterum Dictionaria, sed unum tantum recenset a se lectum *Pollionis*, quod voces complecteretur Poëticas, et *Diogeniani* duobus in locis obiter facit mentionem. *Pausaniae* et *Aelii Dionysii* Lexica post *Photium* diligentissime versavit *Eustathius*, aliorumque praeterea momenti non magni Dictionaria, in illorum praesertim observatis ubique locorum describendis optime de nobis meritus. Multa fuerunt e Lexicis *Eustathio* memoratis in Hesychianum derivata: nam quod scribit alicubi *Kusterus*, *Hesychium nomine τοῦ εἰπόντος ab Eustathio intelligi*, prorsus abhorret a similitudine veri. Glossarium, qualia plura *Hesychii* nobis adservavit diligentia, nullum suis in commentariis citat *Eustathius*. Sed is ne legerat quidem Lexicon Tragicum et Comicum, quae, a Glossariis istis omnino distinguenda, satis, ut arbitror, diligenter descripta, recepit *Hesychius* in suam utilissimam dictionum vetustarum *συναγωγήν*. Tragicorum Comicorumque vocabula rariora probabiliter *ἄταχτα* legebantur in Lexicis antiquis: singula digessit secundum literarum seriem, ceterisque, non raro perverse scripta, *Hesychius* interseruit; neque nomina Auctorum, quando propter usum rariorem dictionibus fuerant adposita, praetermisit. Harum rerum intelligentes latere nequit, quantum in Hesychianis occupent spatium *Aeschyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, aliorumqne Tragicorum, Comicorum et *Aristophaneae* dictiones, saepenumero satis copiose illustratae, et ex duobus istis Lexicis, mea quidem opinione, transscriptae. Aliorum praeterea veterum, sive Poëtae fuerint, seu sermone scripserint soluto, voces et loquendi formulae minus usitatae fuerunt e variis Lexicis antiquis in Hesychianum introductae. De vocabulis *Archilochi*, *Anacreontis*, et antiquissimorum Poëtarum quo-

rumvis nemo dubitat: sed aliorum quoque de Principibus exquisitae dictiones apud *Hesychium* reperiuntur; *Hippocrateae* quidem, quod constat, plurimae; *Pythagoreorum*, *Democriti*, *Platonis*; *Herodoti*, *Thucydidae*, *Xenophontis*, *Theopompi*; *Demosthenis*, *Aeschinis*, aliorumque. In his, quae universa simul sumpta maximam sine controversia partem efficiunt Hesychiani Lexici, nihil tamen adeo reperitur, quod hoc in genere studiorum exercitatis ulla specie videri possit ex *Aristarcho*, *Apione* et *Heliodoro* repetitum. In *Aristarcho* tamen, Principis Grammatici commentarios in Poëtas excitando, posset forte quis disputare. Sed hunc rogarem, *Didymus*, quo nemo plura scripsisse dicitur, an non potiori iure, si ista valeret ratio, nominari potuisset. Exemplo sit veterum librorum, quos in Bibliotheca nobilissima plerosque versaverat, diligentissimus *Athenaeus*. *Athenaeo* veluti *Anacreontis* et *Ionis* Tragici interpres memoratur *Aristarchus*; sed *Didymus* ipsi citatur, tanquam qui commentariis interpretatus sit *Sophoclem*, *Pratinam*, *Ionem*, *Achaeum*; *Cratinum*, *Aristophanem*, *Phrynichum*, *Diphilum*; *Demosthenem*. Praeter illa, quae attigi, quid superit in *Hesychio*? Lexicon luculentum dictionum Homericarum. His omnibus deductis, quod remanebit, si abesset, non magni redemerim. Glossas, quas vocamus Sacras, aevo fuisse recentiori Hesychianis intersertas, liquido *Bentleius* ostendit in Epistola ad Doctissimum *Bielium*. Pleraeque dictionum istarum nominumque Orientalium interpretationes aut ex aliis potuerant addisci, aut eorum produnt sapientiam, qui illas scripto consignarunt. Proverbia pleraque putem ab *Hesychio* derivata et aliunde, sed potissimum e Lexico Comico, et Platonico: de Platonico certius forte po-

terit a me iudicari, ubi illud *Timaei* Parisiis accepero; nisi tamen *Hesychius* deperditam *Boëthi* λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν, illa *Timaei*, *Photio* iudice, multo meliorem, descripserit. Sed Proverbia nonnulla cum quisquiliis non paucis sero demum suspicor in eum Codicem congesta, e quo nobis *Hesychium* ediderunt. Auctor Lexici Homerici potuit operi suo praefigere: ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΥ ΚΑΙ ΑΠΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ. ut modeste significaret, pleraque hausisse se e commentariis *Apionis* et *Heliodori*: hi studiose diversas adnotaverant lectiones *Aristophanis*, *Aristarchi*, ceterorumque, qui in Homeri Poëmatis se exercuerant integrandis. Istae lectiones non raro latent in opere Hesychiano, cuius parti tantum convenit ista inscriptio, Lexico quippe Homerico congruens. A Veteri Grammatico, qui primus Glossaria et Lexica in unum congessit, hunc operi non potuisse titulum praefigi, id habeo equidem satis certum.

Ne illud quidem absque certioribus documentis mihi persuadebo, de tribus istis unum aliquem Lexicon concinnasse Homericum ad literarum seriem digestum. Attamen Auctor Epistolae ad Eulogium videri voluit Lexica legisse *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori*; quin de *Apione* sic scribit, ut omnino videretur is Auctor Lexici Homerici. Verum ante est explorandum, sitne testis integer et idoneus, quam testimonium firmum existimemus. Dum probabilis offert se opportunitas, de Epistola *Hesychio* praefixa quid sentiam, contra receptam persuasionem liberrime dixisse nihil nocebit: certe confido, Editorem Clarissimum, quem inter paucos facio sane maximi, meam in re non gravi libertatem minime improbaturum, meque etiam, ubi aberravero, comiter in viam reducere non recusatu-

rum. Saepenumero scilicet miratus sum, ultimi aevi Graeculum (talis mihi videbatur Epistolae Scriptor) tam diu potuisse Viros etiam Maximos ludificari, et eo perducere, ut Lexici, a Scriptore ad Eulogium locupletati, versare nos Epitomen arbitrarentur, in hunc modum demum contractam, posteaquam illa Epistola dudum scripto fuisset mandata. Ut verum forte sit, Parentem Epistolae ad Eulogium e vetusto Codice descripsisse Lexicon *Hesychii*, atque illud nullius pretii auctibus, alicunde corrasis, sed erroribus ditasse millenis; tamen penitus incredibile videtur, illum, qui primus Glossaria et Lexica vetera in unam redegit hanc Syllogen, antiquum sine dubio Grammaticum; inepte adeo fuisse loquuturum, atque ea praesertim, quae operis parti praestantiori minime omnium convenirent. Hunc placet *Hesychium* appellare, quia, cur usitatum nomen repudiaremus, adeo quidem causa nulla est. *Hesychii* errores, quos primus in lucem protraxit Vir Magnus *R. Bentleius*, pulcre novi; sed hi me non movent, ut idcirco deflectam a sententia. Errores in dictionibus, aut minus vulgatis, aut ab usu hominum longe semotis commissi, potuerant ab eo esse profecti, qui patria tamen Lingua plane quae sentiret eloqui simpliciter valuisset. In Epistola ad Eulogium, sepositis, quae pannis suis immiscuerat, mera sermonis remanebit stribiligo. Hoc levius esset, si libro congrua fuisset Auctor Epistolae loquutus: sed praeterea ineptit, et splendide, paene dixeram, mentitur. Id ne temere videar posuisse, quando commodum est, et lubet, cum Epistolae Scriptore paulo propius congrediar, quique nobis tam diu fucum fecit, ludam aliquantisper. Primum significare voluit, veterum Grammaticorum non paucos separatis singulos libellis ad seriem literarum dispositas expli-

cuisse dictiones *Homeri*, *Comicorum* et *Tragicorum*; veterum vero neminem Homericas ceterorumque dictiones in unum volumen digessisse. Ista si simpliciter dixisset, nihil iure reprehenderemus. Sed suis verbis loquentem audiamus, quid Eulogio narraturus sit: Πολλοὶ μὲν, inquit, καὶ ἄλλοι τῶν παλαιῶν τὰς κατὰ στοιχεῖον συντεθείκασι λέξεις — ἀλλ' οἱ μὲν, τὰς Ὁμηρικὰς μόνας, ὡς Ἀπίων καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου. οἱ δὲ τὰς Κωμικὰς ἰδίᾳ καὶ τὰς Τραγικὰς, ὡς Θέων καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. Periodum tam scienter et docte protractam ut impleres, nihil potuistine aliud invenire praeter ista, ne dicam dolo, satis absurda, Ὁμοῦ δὲ πάσας τούτων οὐδὲ εἷς; an ista ceteris subtexere necesse habebas? eum in finem, opinor, posueras priora, ut ille tuus Eulogius intelligeret, omnes istos Grammaticos diversorum dictiones diversis Lexicis singulos fuisse complexos? ne erraret, sollicitate curaveras, dicendo, τὰς Ὁμηρικὰς μόνας, et τὰς Κωμικὰς ἰδίᾳ· atque adeo iam noverat, nisi paulo fuerit obtusioris ingenii Eulogius, οὐδένα τούτων ὁμοῦ πάσας συντεθεικέναι. Sed qui tandem, obsecro, sunt illi ἕτεροι τοιοῦτοι; utrum forte diversi ab illis, qui in primo versu πολλοὶ ἄλλοι dicebantur? an scribere voluisti καὶ ἕτεροι τοιαύτας; Alium quempiam, minus doctum, verbis tuis vulnera crederem inflixisse, quae curari deberent, si non morbus esset insanabilis. Nunc ponam Quaestionem, eamque non difficilem: memorantur a te *Theon* et *Didymus*; uter eorum Lexicon Comicum, uter Tragicum conscripserat? Tragicum, inquies, *Didymus*. Εὖγε. *Theon* itaque, Comicum? Dic nobis, quaeso, quo tandem in angulo scriptum repereris, *Theonem* Lexici Comici fuisse Auctorem; nam te Lexicon illud non legisse, hoc certo scimus. Verum,

multo mirabilius accidit, quod Eulogio voluisti persuadere, Homericum Lexicon conscripsisse *Apionem*, et quidem *κατὰ στοιχεῖον*. Hic te crederem hominem forte bonum, et minime suspiciosum, deceptum fuisse a quopiam, qui credulitati tuae voluerit illudere; nisi infra delicias faceres, veluti *τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀπίωνος καὶ Ἡλιοδώρου λέξεων εὐπορήσας*· dic tandem, an non, ista dum scriberes, sciens paululum deflectebas a veritate? Forte iam ante id aliquoties feceras; verum praeter sodales neminem deceperas. In hac Epistola praeter Eulogium plurimos in fraudem seducenti res bene successit. Postquam ad indicium leve deprehenderam, non semper esse te veriloquum; singula coepi consideratius expendere. Hac autem in parte magna voce iuranti nunquam tamen crederem, in tui solius manus incidisse *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori* Lexica, reliquis omnibus, quorum scripta ad nos perennarunt, invisitata, et ne de nomine quidem nota. An itaque Hesychiano Lexico splendida ista nomina praefixisti, quae repereras Lexico *Apollonii* praescripta? nam illud non mentiebaris, quod in prima dicis Epistola, Lexicon Homericum scripsisse *Apollonium τὸν τοῦ Ἀρχιβίου*· verumtamen addubito, utrum libellum videris, an illud e *Suida* didiceris: huius certe notam opinor te legisse in v. *Ἀπίων*· traditur ibi discipulus istius *Apollonii* fuisse *Apion*, *Theonis* successor, alumnus *Didymi*: ecce tibi *Apionem*, *Apollonium*, *Theonem*, *Didymum*, quorum nomina tam eleganter nobis uno in loco adnumerabas, uno in loco *Suidae* forte fortuna memoratos. Quae tandem ista tam laudabilis inter vos animorum erat conspiratio? Nisi plures plagas tibi vis intentari, dum fraus perpluit, tandem tamen fatere, hunc *Suidae* locum cogitationem tibi iniecisse, ubi memineras *Apionis*, et *Apollonii*, *Theonem* et *Di-*

dymum commemorandi; inprimis cum alicunde didicisses, *Didymum* celebrari veluti Lexici Tragici Auctorem. Lexicon autem Comicum scripserat *Palamedes.* Hoc ex eodem *Suida* discere potuisses, aut ex Etymologico Magno, cuius *Auctor* sic in Ἁρμάτειον *μέλος* posuerat: *ὥσπερ* Παλαμήδης *ἱστορεῖ ὁ τὴν* Κωμικὴν *λέξιν συναγαγών.* ad eam rationem (nam nolo diutius cum ignobili tenebrione verba miscere) vulgata scriptura, *ὡς φησὶ* Παλαμήδης *ἱστορικὸς*, emendari poterit e Ms. Leidensi, cui in verbo *ἱστορεῖ* concinit Etymologicum Ms. D'Orvillianum; atque ita, quem historicum nominarunt Viri Doctissimi, *Palamedi* locus erit inter historicos denegandus. De *Theone* qui contra niti voluerit, adhibeat Eclogas *Phrynichi* in v. Σαπρόν. Digito tantum attigi, quae copiosius poterunt confutari, si quis Epistolae Scriptori defensor inprovisus suboriatur; quocum otiosus pluribus velim hac in re disputare. Nondum tamen a me impetro, ut hinc discedam. Primam Epistolae partem excipit altera de *Diogeniano:* hunc laudibus evehit, deinceps deprimendum, ut altero tanto videatur fuisse *Diogeniano* diligentior. Quae priores separatim tractaverant diversorum vocabula, *Diogenianum* dicit universa collegisse in unam syllogen, tanta cum cura videlicet, ut nullum omiserit. *συλλήβδην δὲ ὁμοῦ* (vel *ὁ μὲν*) *οὐδεμίαν λέξιν, ὥστε ἡμᾶς εἰδέναι, παρέλιπε.* neque tantum antiquorum sed et recentiorum vocabula *Diogenianum* scribit in Lexicon suum recepisse: quinimo *πάσας*, inquit, *τὰς σποράδην παρὰ πᾶσι κειμένας λέξεις συναγαγὼν, ὁμοῦ πάσας καθ' ἕκαστον στοιχεῖον συντέθεικε.* Ista tam incredibilis diligentia videretur alicui nullius capax incrementi: verumtamen Noster multis eam parasangis superavit: ipse enim instructus Lexicis (quae nunquam exstiterant) *Aristarchi,*

Apionis, et *Heliodori*, praeterea luculento *Diogeniani* opere, universa quam emendatissime *ipse propria manu scribens* (αὐτὸς inquit, ne dubitaremus, αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γράφων ἐγὼ,) ad normam traditam ab *Herodiano*, nihil quidquam in illis praetermisit; quin plurima etiam illorum observatis adiecit: λέξιν μὲν, ait, οὐδεμίαν παρέλιπον κειμένην ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ πλείστας οὐχ εὑρὼν προστέθεικα. Atqui supra dixerat, *Diogenianum* ne unicum quidem praetermisisse vocabulum; et hic tamen plurima sese adiecisse gloriatur: ex omnibus priorum scriptis sive Lexicis omnia in suum congesserat *Diogenianus;* attamen is non habuit Lexica *Aristarchi*, *Apionis* et *Heliodori;* eadem enim in *Diogeniano* potuerat invenisse Noster, neque habebat quidquam causae, cur adeo ob illum suum thesaurum laetaretur. Omnia rimarum plena perpluunt. Si Libri Hesychiani descriptor, ut solebant id genus homines libros commendare Lectoribus, modeste dixisset in scribendo sequutum sese regulas ab *Herodiano* traditas, id forte credidissemus: sed hoc falsum esse *Bentleius* ex Epitome detexit *Theodosii* Alexandrini. Lexicon *Diogeniani*, *Cyrillo*, *Photio*, *Etymologo*, aliisque citati, epitomen fuisse Lexici luculenti, cuius partes diversas *Pamphilus* et *Zopyrion* confecerant, *Suidae* tradenti credimus: ex huius collectaneis licet aestimare, opus *Diogeniani* fuisse ab Hesychiano diversissimum: complectebatur autem non Scriptorum quorumvis dictiones, uti narrat Auctor Epistolae, sed ποιητικὰς λέξεις, quod Auctoris idonei, *Photii*, nititur testimonio. Quae de *Diogeniani* opere dici praeterea poterant, exponere commodum non est. Pleraque quae Scriptor ad Eulogium de eo tradit, suspecta sunt aut ridicula. Sed in tanta copia rerum, quae risum non inutilem moveant,

haec ferenda essent aliquo modo; illud non item; quod, postquam laudatissimi istius *Diogeniani* Operis defectus denarrasset, sese dicat illos omnes pro virili supplevisse: ἅτινα, ait, σύμπαντα καὶ τῆς παρ' ἡμῶν ἐπιμελείας δεηθέντα κατὰ δύναμιν τετύχηκε. Quos notat in *Diogeniano* defectus, totidem paene verbis in Praefatione quapiam sive alterius, seu *Diogeniani*, nisi fallor, repererat memoratos. Defectus a Scriptore ad Eulogium notati cum in Hesychianis nostris reperirentur etiamnum, protinus homines alias acutissimi et naris emunctae, hac ferme sola Epistola commoti crediderunt passim, versare nos Epitomen tantum Hesychiani Operis, post scriptam Epistolam ad Eulogium a malis hominibus contracti. Si vera sunt, quae supra scripsi, et viri perspicacissimi possunt a nebulonibus et falsariis decipi; de reliquis quid tandem erit cogitandum? Eruditissimi quivis passim indignantur, nomina Auctorum et Librorum, e quibus voces olim fuerant enotatae, toties in *Hesychio* desiderari, ab Epitomes Auctore praetermissa, sed a Scriptore ad Eulogium olim diligenter adnotata; huius enim iudicio defecerat ea etiam parte *Diogeniani* diligentia, neque debuerat is ponere τὰς ἐζητημένας τῶν λέξεων οὐκ ἐχούσας τά τε τῶν κεχρημένων ὀνόματα, καὶ τὰς τῶν βιβλίων ἐπιγραφὰς, ἔνθα φέρονται. Crediderim per τὰς ἐζητημένας τῶν λέξεων intellexisse vocabula rariora, quorum significatus solebat exquiri: λέξεων ζητουμένων in operis *Parthenii* titulo meminit *Athenaeus*, et *Euagoram* scripsisse tradit *Suidas*, περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν. Noster vero noverat, credo, inter ceteras legi dictiones longe plurimas Laconicas, Creticas, Tarentinas. Ubi tandem invenisset eorum scripta, e quibus a diversis fuerant Grammaticis enotatae? Iam olim perierant

Alcmanis, *Hybriae*, *Scleriae*, *Rhintonis* similiumque carmina, e quorum dictionibus Γλῶσσαι Ακαϰωνιϰαὶ, Κρητιϰαὶ, Ἰταλιϰαὶ, coaluerant. Scriptor Epistolae ad Eulogium si forte fortuna dudum deperdita recuperasset, ne unicum eorum carmen potuisset intelligere. Ne in vetustis quidem *Hermonactis*, *Aristophanis*, *Diodori*, *Pamphili*, *Clitarchi* ceterorumque Glossariis Auctorum Librorumque nomina, credibile videtur, ubique fuisse designata. Sed forte singulis dictionibus *Aeschyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, *Eupolidis*, *Cratini*, *Aristophanis*, singulorum nomina fuerant adposita; deinceps saepenumero praetermissa? Neque illud probabile: eorum enim nomina summa cum cura memorantur in dictionibus usus rarissimi. Quae tandem religio hominem, qui librum contraxerat, ab his nominibus iis in locis movendis deterruit? An in singulis vocibus, quas cum aliis haberent communes, etiam fuerant Auctores nominandi? Arbitros capiamus *Bentleium* et *Hemsterhusium*. Ubi Ἀτενὴς explicatur ab *Hesychio* συντείναϲα, *Bentleius*, *huius*, inquit, *significationis exempla quod haud temere reperiantur*, *propterea verbi sedes a Grammaticis indicata est*. Adv. Ἀθραυϲτα, Noster ille omnibus ornamentis quae Magnum perficiunt clarus, *interpretationem*, inquit, *apposuit Hesychius talem*, *quae reconditum aliquid*, *et non nimis usitatum in isto vocabulo patefaciat*: *quae etiam est causa*, *cur pro more Grammaticorum auctoritate quadam firmari debuerit*. Atque ita semitam aperui, facile dilatandam. Omnibus autem expensis sic censeo: luculentam Glossariorum Lexicorumque veterum συναγωγὴν, quam sub *Hesychii* nomine legimus, non esse vasti operis epitomen, postquam Epistola ad Eulogium scripto fuerat mandata, concinnatam: saepenumero qui-

dem Auctorum et Populorum nomina male praetermissa; non pauca etiam, quae in libris vetustis plenius legerentur, fuisse contracta, sed ab illo, qui non peritissime hanc collectionem primus adornavit: Epistolam ad Eulogium a Graeculo recentiori praefixam, ut librum momenti nullius augmentis a se ditatum splendidis mendaciis commendaret; atque adeo existimo, *Hesychium*, sive vetus illud et ad adipiscendam eruditionem ingeniumque exercendum utilissimum instrumentum, ista ad Eulogium Epistola contaminari.

10765738

XI.

LUDOV. CASP. VALCKENAERII

OBSERVATIONES

IN

ARISTAENETUM.

10765738

Has observationes ex Abreschiana Epistolarum Aristaeneti editione, ubi Addendis insertae sunt, ipsis Abreschii verbis usus excerpsi.

Editor.

10765738

Liber I.

Epist. I. non longe ab init.

Τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν αἱ κόραι μελάντατοι· καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν αἴγλην λευκόταται. Totum et hunc locum ex eadem *Alciphronis* Epistola inedita, quam Lectionum pag. 6. laudavi*), ut alia, quae notabimus, descriptam didici, ex quo *Cl. Valckenarius* integrum fragmentum benigne nobiscum communicavit; deficit autem, quod nollem ob controversum illud αἴγλην λευκόταται, in v. λευκόν. Cetera sic se habent:

Αἱ ἐν Κορίνθῳ ἑταῖραι ταῖς ἐν ἄστει
χαίρειν.

Οὐκ ἐπύθεσθε τὰ νεώτερα νῦν πράγματα; οὐκ ἠκούσατε καινὸν ἑταίρας ὄνομα; ὡς πόσον ἡμῖν ἐπιτετείχισται χρῆμα Λαΐς ὑπὸ Ἀπελλοῦ τοῦ ζωγράφου θηριοτροφηθεῖσα; Ἄθλιαι κλείσατε τὰ ἐργαστήρια αὐτῶν· μᾶλλον δὲ καὶ ἑαυτὰς ἀποκλείσατε· μία νῦν ἐστιν ἡ τὴν Ἑλλάδα ὅλην διασοβοῦσα γυνή· μία Λαΐς ἐν τοῖς κουρίοις· Λαΐς ἐν τοῖς θεάτροις, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν τοῖς δικαστηρίοις· ἐν τῇ βουλῇ· πανταχῇ πάντες αὐτὴν λαλοῦσι· νὴ τὴν Ἀφροδίτην καὶ οἱ κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τὸ ἐκείνης κάλλος· οὕτω γλῶσσα γίνεται καὶ τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμένοις Λαΐς. εἰκότως· ἐνδεδυμένη γὰρ εὐπροσωποτάτη ἐστίν· ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον φαίνεται, οὔτε

*) Legitur in editione Alciphronis Wagneriana T. II. p. 222. *Editor.*

κατάξηρος, οὔτε κατάσαρκος· ἀλλ' οἵας λέγομεν ἡμεῖς τὰς ἴσχνας ἐγχύλους. Τρίχες ἐνουλισμέναι Φύσει, ξανθίζουσαι δὲ ἀφαρμάκευστα, καὶ τῶν ἀκρωμίδων ὑπερκεχυμέναι μαλακῶς· ὀφθαλμοὶ δὲ νὴ τὴν Ἄρτεμιν ὅλης σελήνης εὐκυκλώτεροι, καὶ τὸ μέλαν αἱ κόραι μελάνταται, καὶ τὸ κύκλῳ λευκὸν****

Distinctiones passim mutavi; ubi deerant in Ms. addidi, et vs. 6. quidem [post γυνὴ], ut faciendum quoque monuerat Doctissimus *Adr. Heringa* Observ. Cap. XXXI. Pag. 285. qui ibidem vs. 4. pro αὐτῶν corrigit, αὑτῶν*), et vs. 7. pro κουρίοις legit κουρείοις. Pro ἐδῦσα reposui ἐκδῦσα, et τρίχες pro τρίχας. Gravius adfecta videntur illa vs. 14. ἀλλ' οἵας λέγομεν ἡμεῖς τὰς ἴσχνας ἐγχύλους, nec lenius, quod applicem, remedium invenio, quam ut scriptum fuisse suspicer, ἰσχνῶς ἐγχύλους, *graciliter succulentas*, et extrinsecus adsumatur, τοιαύτη τὴν σχέσιν. *Apul.* II. Miles. sub princ. *sed et cetera corporis inexplicabiliter ad regulam congruentia, inenormis proceritas*, succulenta gracilitas, *rubor temperatus*, flavum et inaffectatum *capillitium*. Ubi vide *Pricaeum* aliosque interpretes, itemque ad *Ter.* Eun. II. Sc. III. vs. 26. Κατάξηρον opponit τῇ ἐγχύλῳ, ut ἀπεξηραμένον atque ἔγχυλον *Alexis* apud *Athen.* Lib. IX. Pag. 383. D.

Τὰ κρέα δ' ἔσται οὐκ ἀπεξηραμένα,
Ἔγχυλα δ' ἀτρέμα καὶ δροσώδη τὴν
σχέσιν.

---

*) αὑτῶν in Mss. Pariss. legi testatur Bastius in Epist. crit. ad Boissonadum p. 130. Mox cum iisdem interpungit γυνή, μία· Λαΐς ἐν τοῖς κουρείοις, et post δυναμένοις delet Λαΐς. Pro ἴσχνας ἐγχύλους scriptum reperit ἰσχνεγχύλους, et pro ἀφαρμάκευστα, ἀφαρμάκευτα, ut Wagnerus correxerat. *Editor.*

Tum τρίχες ἐνουλισμέναι Φύσει, ut apud *Nostrum* vs. 22. κόμη Φυσικῶς ἐνουλισμένη, quo et vocabulo ditare licet *H. Steph.* Thes. ut et voce ἀκρωμὶς, quae aliis ἀκρωμία et ἀκρώμιον. Vid. *Foesii* Oecon. Hippocrat. *Polluc.* et Lexica. *Herodianus* de Commodo Pag. 471. med. κόμη ἦν Φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη.

Ibidem paullo post:

Ἐνδεδυμένη μὲν εὐπροσωποτάτη ἐστιν· ἐκδῦσα δὲ ὅλη πρόσωπον Φαίνεται. Totidem iterum verbis descriptum vides ex *Alciphrone* illa Epistola, et perspicitur adeo correctionis D'Orvillianae pretium, qua pro δὲ, quod comparet in Edit. *Sambuc.* reponitur ἐστίν. Ceterum contrarium de Nannio legimus ex *Antiphane* apud *Athen.* Lib. XIII. Pag. 587. B. προσκήνιον ἐκαλεῖτο ἡ Νάννιον, ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχε, καὶ ἐχρῆτο χρυσέοις καὶ ἱματίοις πολυτελέσιν· ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχροτάτη.

Epist. II. init.

Δύο κόραι προσῆλθον ἀναβλέπουσαι χάριν ἔρωτος, μειδιῶσαι. Legendum coniicit *Cl. Valckenarius* δύο κόραι προσῆλθον ἅμα βλέπουσαι, καὶ χαριέντως μειδιῶσαι. *Simulac me viderunt, dulce ridentes.*

Eadem epist. extr.

Κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι, λαβοῦσαι. Tentat idem vir eruditus, κ. κ. εὔ. εὑροῦσαι λαβεῖν σε*).

Epist. III. init.

Ἐπὶ τὸ πεδίον κατεκλίθημεν, οἵ τῶν πολυτελεστάτων δαπέδων δένδρη τε. Acute idem Vir doctissimus scriptum fuisse suspicatur, ἐπὶ τὸ πέδον

---

*) Videndum ne λαβοῦσαι non sit nisi varia lectio, temere in textum intrusa. *Editor.*

κατεκλίθημεν, ὄντων πολυτελεστάτων δαπίδων — *in mollem herbam reclinati decubuimus, neglectis, quae aderant, pretiosis tapetibus.* At *Cl. Adr. Heringa*, cuius Observationes, haec dum scribo, commodum nobis adferuntur, *Observ.* Cap. XVIII. procul omni dubio legendum videtur, ἐπὶ τὸ π. κατεκλίθημεν, οἷα τῶν πολ. δαπίδων· δένδρα τε*). et mox verba ἦν — τόπον, sic existimat restituenda, εὐαλδῆ μὲν τοὺς ὄρπηκας, παμφόρα δὲ τὸν καρπόν· ὡς ἂν εὐειδέστατον παρέχειν τὸν ἐ. τ. neque tamen reluctari se addit, si quis retinere malit εὐωδέστατον.

Ibid. non multo post:

Περιελίττονται κυπαρίττους. Corrigit idem vir doctus, κυπαρίττοις.

Ibid. versus finem:

Ὅσον ἔμελλεν ὁ ψυχρότατος ὁλκὸς ἐπιπελάζων αὐτὸ τὸ κραθὲν ἐπιψύχειν. Corrigit *Cl. Valckenarius* ἐπιπολάζον αὐτὸ τὸ κραθὲν — *innatans poculum.* Doctissimus *Gavellus* ἐπιπολάζον αὐτῷ τὸ κραθέν. Et sic prorsus *Adr. Heringa* Observat. Cap. XVIII.

Epist. V. init.

Ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν. Verissima mihi videtur *Cl. Valckenarii* emendatio, legentis, ὀνομαστὶ γὰρ οὐ. δ. λ.

Epist. X. init.

Καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς τούτων πληθούσας μὲν ἀγοράς. Scriptum fuisse coniicit Celeberrimus *Valckenarius*, καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς τούτου θέαν πληθούσας μ. ἀ.

---

*) οἷα τῶν πολ. δαπίδων emendat etiam Bastius l. c. pag. 148. monetque δένδρα in codice quodam a recentiore manu scriptum esse. *Editor.*

Ibid. sub finem:

Οὔτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμισε μακροτέραν ἐωρακέναι, οὔτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης. Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο — Incommodo quo hic locus videtur laborare, distinctione mutata mederi conatus *Cl. Valckenarius*, sic legit, βραχυτέραν. Τῆς νυκτὸς ἐκείνης Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἠλλάξατο —

Epist. XIII. init:

Σώματος μὲν ἀφανῆ πλαττόμενος ἀλγηδόνα· ψυχῆς δὲ ταῖς ἀληθείαις ἐρωτικὴν αἰτιώμενος νόσον. *Cl. Valckenario* iudice αἰτιώμενος ista, quam occupat, sede ferri nequit, Scholionque videtur τοῦ πλαττόμενος, et scripserat *Aristaenetus* id quod explicationis ergo expressimus, ἐρωτικὴν νοσῶν νόσον. *Gavellus* noster coniiciebat ἡττώμενος, vel διαιτώμενος νόσον *).

Epist. XVI. init.

Οὐ δύναμαι γὰρ οὐδὲ γυναιξὶν, οὐρανὲ, τοὐμὸν ἀφηγήσασθαι πάθος. Liberiore paullo coniectura refingebat *Valckenarius*, οὐ δύναμαι γὰρ οὐδὲ συνέχειν, οὐδὲ τ. ἀ. π. **)

Epist. XVIII. init.

Τοὺς δὲ πρεσβύτας παντελῶς ἀτερπεῖς καὶ πόρρωθεν ἀποφεύγεις. Tentabat *Cl. Valckenarius*, τοὺς δὲ πρ. π. ἀθερίζεις καὶ π. ἀ. *prorsus despicis*, ut *cassas* scil. *spicas* ***).

---

*) Pro αἰτιώμενος legendum suspicor σιγώμενος. De permutatione syllabarum αι et σι vid. Bastius l. c. pag. 130. *Editor.*

**) Hic locus ex Eurip. Med. 57. sic refingi potest: οὐ δ. γ. οὐδὲ γῇ οὐδὲ οὐρανῷ τ. ἀ. π. Conf. etiam Sophocl. Electr. 424. ibique Brunck. *Editor.*

***) Scribo: τοὺς δὲ πρεσβύτας ὡς παντελῶς κτλ. Paullo post legitur: ἥλικα γὰρ δεῖ, καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, τέρπειν τὸν ἥλικα. Ingeniose Iacobsius Exercit. crit. T. I. p. 9. corrigit: ἥλικα γὰρ

Epist. XX. init.

Ἐγὼ τοῦτον εὐπρεπῆ καὶ νεανίσκον ὁρῶν. Plenissimum adsensum meum fert *Cl. Valckenarius* scriptum ab Auctore fuisse suspicans *νεανικόν*: praecessit enim iam *νεανίας*, quod perite monet Vir Eruditus; praeterea rectius *νεανικὸν*, opinor, iungetur *τῷ εὐπρεπῆ*, quam alterum.

Epist. XXV. init.

Ἦλθεν περιεργότερον κοσμηθεῖσα, καὶ στίλψασα τὰς παρειὰς ἀτρέμα. Displicet vocabulum ἀτρέμα ista quam tenet sede *Cl. Valckenario*, idcoque legendum coniicit, *τὰς παρειὰς ἐντρίμματι*. Ceterum locis, quae pro usu *τοῦ* ἀτρέμα et ἠρέμα produxi, iunge, si lubet, *Alexin* supra citatum in Add. ad Epist. I. et ἠρέμα πορφυρέειν apud *Oppian.* II. Cyneg. vs. 558. Add. *Steph.* Thes. V. Ἠρέμα.

Ibid. sub fin.

Ζήλην ἐμοὶ καθορῶσα τὴν ἐμὴν ἀδελφήν. Acute, ut solet, *Cl. Valckenarius*, Ζηλήμονα καθορῶσα —

Liber II.

Epist. II. extr.

Ταύτην οὖν τὴν προσεύχὴν — διανύσω. Mallet *Cl. Valckenarius* διανύσατε. *Athenaei* est Lib. VII. Pag. 281. B. *τὴν εὐχὴν ἀποτελέσαι.*

δίκαια, παλ. λ. Bastius autem l. c. p. 199. Merceri coniecturam probat. Miror equidem, neutrum meminisse frequentissimae confusionis vocum καὶ et ὡς, de qua vid. Schaefer. ad Dionys. Halic. de compos. verbor. p. 253. 270. et in Melet. crit. p. 73. Restituendum est enim: ἦλ. γὰρ δεῖ, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος. Schol. in Platon. p. 44. ὡς ὁ παλαιὸς λόγος. Evenus ap. Stobaeum Serm. 80. λόγος ὡς ὁ παλαιός. *Editor.*

Ibid.

Ἐρωτικός σοι διατελέσω θεράπων. Participium, quod perpetuo comitari solet verbum διατελεῖν, absorptum et hic iudicabat *Valckenarius*, scriptumque fuisse olim, θεράπων ὤν. Attamen sine eo infra Epist. XXI. init. περίεργος διατελῶ πρὸς τὰ γύναια παντα χῇ *).

Epist. IV. med.

Κατέβη ταχὺ ἐπ' αὐτόν· ἐπιλαβοῦ τῶν ὤτων κομίζουσα τὴν κάλπην. *Pauwii* correctionem, ἐπὶ λαιοῦ τῶν ὤμων κομίζουσα τὴν κάλπην, ideo praecipue non probabam, quia cursum inhibere videbatur orationis, incitatius per participia ἀσυνδέτως posita euntis. Nunc tamen quum eodem inclinare videam *Cl. Valckenarium*, parum abest, quin ita ab Auctore scriptum prodiisse credam, hoc magis, quia favent verba subiecta, καί μοι καὶ οὕτως ἀνεφάνη καλὴ, ὥσπερ εἰ χρυσοῦ τινα περιέκειτο κόσμον. Corrigit autem Vir Eruditissimus, κατέβη ταχὺ ἐπ' αὐτὸ (τὸ ὑδροφορῆσαι nempe) ἐπὶ τοῦ λαιοῦ τῶν ὤμων κομίζουσα τὴν κάλπην. Et sic, quod simul monebat, Lib. I. Epist. XXIV. vs. 24. τῷ δεξιῷ τοῖν ὤτοιν. *Gavellus* quoque ἐπ' αὐτὸ, quin ipse ita conieceram, sed displicuit tunc. Puellas humeris et capiti situlis impositis gestasse aquam, res nota est. Vid. *Miscell. Obs.* Vol. V. Tom. II. Pag. 307. et *Elsnerum* ad *Ioh.* Cap. IV. Com. 7. Saepius tamen simpliciter legas aquatum iisse, non addito, utro modo vasa gestarint; ut in *Xen.* IV. K. A. Pag. 307. ibi *Hutchins.* add. *Lucian.* Dial. Mar. VI. Cap. 1. et 2. ubi quid in mentem venerit *Clerico*, ut culparet *Lucianum*, quod scribat,

---

*) Vid. Schaefer. ad Dionys. Halicarn. de compos. verbor. p. 200. *Editor.*

Danaum σκληραγωγῆσαι τὰς θυγατέρας, non capio: cum solas tantam viam emetiri debuisse regias Virgines ipse addat.

Epist. V. init.

Transpositionem factam suspicatur *Cl. Valckenarius*, atque sic constituenda verba: εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν Ἀχιλλεὺς, ὃν ἔμαθον ἐκ τῶν οἰκοπινάκων, οὐκ ἦν ἄρα ὄντως καλός· εἰ μὴ τοιαῦτα κεκιθάρικεν, οὐκ ἦν μουσικὸς ὁ τοῦ Χείρωνος ζηλωτής. Τὸ δὲ πρόσωπον τοῦ νέου χαριέντως ἀτενίζοντος εἰς ἐμὲ ὑπὲρ τὰ μέλη καταθέλγει μου τὴν ψυχήν. εἴθε ποθήσειεν ἐμὲ, —

Ibid. paullo post:

Legendum idem coniicit Vir doctus, δεινῶς ἐκπηδᾷν καὶ φλέγεσθαί μοι δοκεῖ*)· ἐὰν ἀπῇ· τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ — θεωροῦσα δὲ — θεωροῦσα δὲ —

Ibid. paucis interiectis:

Τί ποτε ἄρα μοι πεφύτηκεν ἔνδον. Variis tentatum coniecturis illud πεφύτηκεν. Omnium maxime ut *Cl. Valckenario*, sic mihi probatur *D'Orvilliana*, πέφυκεν, ut quae praesidii nonnihil habet in Lib. I. Epist. VI. [οὕτως ἔνδον τῆς ἐμῆς ὑπερεφύετο ψυχῆς.] Idem tamen *Valckenarius* proponit aliam, qua legit, πεφοίτηκεν, hoc modo, ὦ γλ. πῦρ, ἢ τί ποτε ἄρα μοι πεφοίτηκεν ἔνδον, ut forsan respexerit praeterea Auctor ad τὸ Φοιτάλεον in Amore: ἔνδον autem πεφοίτηκεν, ut εἰσπεπήδηκεν ἔνδον I. Epist. V. et VII.

Epist. VI. init.

Γίνεταί σοι μεῖζον τὸ φύσημα τοῦ φυσήματος τῆς μητέρος. Videtur *Cl. Valckenario* rectius

*) Iacobs. Exercit. crit. T. II. p. 136. legendum coniicit: καὶ σφίγγεσθαί μοι δοκεῖ αὖθις. *modo subsilire, modo comprimi videtur. Editor.*

abesse τοῦ Φυσήματος, ut abest sane, unde noster hausit, ab Hyperidis dicto, quo is Demadis filii arrogantiam repressit, apud *Athen.* Lib. XIII. Pag. 591. F. et ex eo apud *Eustath.* ad Il. Σ. Pag. 1205. vs. 25. ut opportune idem vir doctus observat, οὐ σιωπήσῃ, dicens, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ Φύσημα. Sed tamen eo verborum ordine, qui *Nostro* placuit, accessionem istam minime spreverim.

Epist. VII. init.

Ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς δεδούλωται τῆς δουλείας ὁ Ἔρως. *Valckenarius*, τῇ δουλείᾳ.

Epist. IX. init.

Valckenarius coniicit, ὡς — νέα ἠλιθίως τὸν ὅρκον παρέβης, pro τηλίκως.

Epist. XII. init.

Ἀλλ' ἡ οὕτως ἐξ ἀρχῆς τὴν τύχην ἐνδεής. Sic edi iussi, pro eo, quod comparebat hactenus, ἀλλ' ἡ τούτων. Verum interiisse nollem literam, cui parcit *Valckenarii* peritia, scribentis, ἀλλ' ἦ γ' οὕτως*).

Epist. XIII. init.

Καὶ σὴν ἐπιστολὴν, ὡς αὐτοχειρίᾳ μάλιστα γεγραμμένην, μέσην ὑπέθηκα τοῖς μαστοῖς. *Cl. Valckenarius* nonnihil offensus istis, ὡς αὐτοχειρίᾳ μάλιστα, quae commodo sensu ei videntur destituta, tentabat, ὡς ἐπ' αὐτοφωρίᾳ γ' ἁλούσῃ γεγραμμένην.

Epist. XIV. med.

Ὑπὸ τοῦ σφόδρα γὰρ ἐπιθυμεῖν ἐλάμβανέ με τις ἀπιστία. Lubens accedo eidem V. D. monenti, editam Lectionem ἐπιθυμεῖν eo sensu, quo

*) Bastius l. c. pag. 105. corrigit ἀλλ' ἢ πλούτων — *Editor.*

explicui, tenendam: firmante eam insuper, quem addebat, loco *Terentii* in Adelph. IV. Sc. V. vs. 64. *Quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.*

Epist. XV. med.

Ὁ δ' οὖν οἰκέτης εὔκτητος ὁ καλὸς, πάντως, ἅτε πρὸς Φίλην τῆς κεκτημένης, Φεύξεται παρ' ἐμέ. *Valckenario* εὔκτητος nomen videtur servile bene ominatum. *Bernardus* ad *Anonym.* Intr. Anat. Pag. 32. corrigit, ὁ δ' οὖν οἰκέτης εὐκταῖος, ὁ καλὸς, πάντως, — *Chrysippus* ut distinxerit δοῦλον inter et οἰκέτην, docet *Athen.* Lib. VI. Pag. 267. B.

Epist. XIX. init.

Ἦ πρὸ θυρῶν ἀκήκοα νέων κωμαστῶν ὑπὲρ ἐμοῦ μένων ἀωρὶ νύκτωρ. Pro μένων scribendum suspicatur *Valckenarius* μαχομένων. *Bernardus* ad *Pallad.* de Febr. Pag. 69. διαλεγομένων.

Ibid. sub fin.

Durior quum videatur *Cl. Valckenario* nostra emendatio, ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθήσας, ipse coniicit legendum, ἦλθεν ἐστεφανωμένος τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθήσασιν. Vereor ne alius lateat error, vix enim probare possum illud, ῥόδοις ἀνθήσασιν, quia non flaccidis rosis in conspectum mulieris venturum fuisse iuvenem per se videtur intelligi. *Aeschyli* est in Choëph. vs. 148.

Ὑμᾶς δὲ κωκυτοῖς ἐπανθίζειν νόμος.

i. e. Scholiaste interprete, στέφειν ὡς ἄνθεσιν *).

*) Scribendum arbitror: ἐφάνη τὴν κεφαλὴν ῥόδοις ἀνθίσας. Ἀνθήσας hic locum habere non potest: deberet esse ἀνθῶν. Valckenarii autem coniectura vel propter audaciam displicet. *Editor.*

10765738

XII.

IOANNIS CHRYSOSTOMI

DVAE ORATIONES

IN LAVDEM

PAVLI APOSTOLI,

CVM NOTIS

LVD. CASP. VALCKENAER

ET VETERI VERSIONE LATINA ANIANI, EX COD. MS.

HIC ILLIC EMENDATA.

10765738

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΠΑΥΛΟΝ

Λόγος πρῶτος.

Οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι λειμῶνα ἀρετῶν καὶ παράδεισον πνευματικὸν καλέσας τὴν Παύλου ψυχήν· οὕτω [2]) πολὺ μὲν ἤνθει τῇ χάριτι, ἀξίαν δὲ τῆς χάριτος ἐπεδείκνυτο τῆς ψυχῆς τὴν Φιλοσοφίαν. ἐπειδὴ γὰρ σκεῦος ἐκλογῆς γέγονε, καὶ καλῶς ἑαυτὸν ἐξεκάθηρε, δαψιλὴς ἡ τοῦ πνεύματος ἐξεχύθη εἰς αὐτὸν δωρεά· ὅθεν ἡμῖν καὶ τοὺς θαυμαστοὺς ἔτεκε ποταμούς, οὐ κατὰ τὴν τοῦ παρα-

---

1) Pratum quoddam insigne] Quae hac in Ed. Latinae versionis *Aniani* diversa leguntur ab Edit. Benedictinorum *S. Chrysostom.* T. II. p. 476. et seq. sunt ex Codice, quem adhibui, Manuscripto. — Qui *animum* alicuius *excellenti virtute praeditum* Λειμῶνα dixerit ἀρετῶν, ex veteribus neminem facile dederis: ad horum normam multo rectius dixit *Clemens Alex. ex puro Prophetarum et Apostolorum prato flores decerpere:* Pantaenus, quem verae tandem Philosophiae habuerat praeceptorem *Clemens*, ab ipso dicitur Strom. I. p. 322, 15, Σικελικὴ τῷ ὄντι μέλιττα· qui, Προφητικοῦ τε καὶ Ἀποστολικοῦ λειμῶνος τὰ ἄνθη δρεπόμενος, ἀκήρατόν τι γνώσεως χρῆμα ταῖς τῶν ἀκροωμένων ἐνεγέννησε ψυχαῖς. de opere suo variegato L. VI. p. 736, 28, ἡ τῶν Στρωματέων, inquit, ἡμῖν ὑποτύπωσις λειμῶνος δίκην πεποίκιλται. eleganter etiam *Themistius* Or. XXIV. p. 307. D. παιδείαν — ξυλλέγουσιν ἐκ τῶν Ἀπόλλωνος λειμώνων αἱ Μοῦσαι.

2) Πολὺ μὲν ἤνθει τῇ χάριτι] Scribi quidem potuit, πολὺς μὲν ἤνθει τ. χ. sed scripsisse puto *Chrysostomum:* οὕτω πολλῇ

IOANNIS CHRYSOSTOMI

IN LAVDEM

S. APOSTOLI PAVLI

ORATIO PRIMA

ANIANO INTERPRETE.

Nihil prorsus erraverit, qui [1]) pratum quoddam insigne virtutum, et paradisum spiritualem Pauli animum nuncupaverit: tam multa enim gratia floruit, tamque huic gratiae congruente vitae perfectione resplenduit: quoniam enim *vas electionis* effectus est, et bene semet ipsum emendare curavit, largissime in eum Sancti Spiritus munus effusum est. Vnde et mirabiles nobis fluvios genuit, non secundum paradisi [3])

μὲν ἤνθει τῇ χάριτι· tam insigni quidem gratia florebat: de Alcibiade ob victoriam Olympiacam superbiente *Andocides* p. 33, 14, *πολλῇ τῇ νίκῃ χρῆται. Lucianus* in Nigrino T. I. p. 50, *οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος· insigni pietate excellere, πολλῇ τῇ εὐσεβείᾳ διαφέρειν* dixit *Diodorus Sic.* ad quem de hoc usu quaedam notavit *Wesseling.* T. II. p. 436.

3) Non secundum paradisi fontes quatuor tantum] Codex MS. *fontes* hic etiam praebet; sed dubium nullum est, quin dederit *Anianus: non secundum paradisi fontem, quatuor tantum*, nempe *fluvios genuit:* ad normam Graecorum *Chrysost. ἔτεκε ποταμούς, οὐ κατὰ τὴν τοῦ παραδείσου πηγὴν, τέσσαρας μόνους.* Non hic quaeritur, quid verum sit, sed in qua fuerit opinione *Chrysost.* unum in Edene fontem prorupisse, ex quo quatuor fluvii profluxerint: sic nonnullos verba Moysis *Genes.* c. II, 10, accepisse *Huetius* ostendit de situ Paradisi c. IV.

δείσου πηγὴν τέσσαρας μόνους, ἀλλὰ πολλῷ πλείους [4]) καθ' ἑκάστην ῥέοντας τὴν ἡμέραν, οὐ τὴν γῆν ἄρδοντας, ἀλλὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς καρποφορίαν ἀρετῆς διεγείροντας. τίς οὖν ἀρκέσει λόγος τοῖς τούτου κατορθώμασιν; ἢ ποία δυνήσεται γλῶσσα [5]) ἐφικέσθαι τῶν ἐγκωμίων ἐκείνου; ὅταν γὰρ ἅπαντα τὰ ἐν ἀνθρώποις καλὰ συλλαβοῦσα ἔχῃ ψυχὴ μία, καὶ πάντα μεθ' ὑπερβολῆς, οὐ μόνον δὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων, πῶς περιεσόμεθα τοῦ μεγέθους τῶν ἐγκωμίων; οὐ μὴν διὰ τοῦτο σιγήσομεν, ἀλλὰ [7]) δι' αὐτὸ, καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν

4) Καθ' ἑκάστην ῥέοντας] *Aniani* Latina vocula monstrant inserta legendum: ἀλλὰ πολλῷ πλείους, καὶ καθ' ἑκάστην ῥέοντας τὴν ἡμέραν. — Quae tum sequuntur, οὐ τὴν γῆν ἄρδοντας· firmant *non terram rigantes*, quod MS. obtulit *Anianus;* qui habet etiam, *ad producendum virtutum germina suscitantes.* — Sed ista *virtutum germina*, a describente male repetita, haec nobis absurda in Edd. pepererant: *Quis ergo* [*ad explicanda virtutum germina sensus? quis*] *ad explicanda istius merita sermo sufficiet?* uncis a me inclusa aberant a MS. quem adhibui, et vel absque eo reiicienda Graecus Editorem docere debuerat contextus: τίς οὖν ἀρκέσει λόγος τοῖς τούτου κατορθώμασιν;

5) Ἐφικέσθαι τῶν ἐγκωμίων ἐκείνου] *Anian. Quae linguae laudibus eius invenietur aequalis:* nisi in Graecis esset ποία δυνήσεται γλῶσσα ἐφ. τ. ἐ. ἐ. *inveniatur* e Cod. MS. probari poterat. — In hac autem forma loquendi Graecos oratores imitatur *Chrysostomus; Demostheni* initio Orat. περὶ Συμμοριῶν p. 103, *maiores Atheniensium* ἐγκωμιάζοντες, dicuntur περὶ πραγμάτων ἐπιχειροῦντες λέγειν, ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξίως ἐφικέσθαι δύναιτο τῷ λόγῳ· *de rebus dicere aggressi, quarum magnitudinem ne unus quidem oratione possit adaequare.* ubi Panegyricum claudit *Isocrates* p. 80. B. initio, inquit, orationis ὧμην ἀξίως δυνήσεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν· νῦν δ', οὐκ ἐφικνοῦμαι τοῦ μεγέθους αὐτῶν. de Euagora p. 198. D. τίς γὰρ ἂν ἐφίκοιτο τοιαύτης φύσεως; in Helenae Laudat. p. 210. C. ἐπ

fontes quatuor tantum, sed multó etiam plures et quotidie fluentes, non terram rigantes, sed animas hominum ad producenda virtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicanda istius merita sermo sufficiet? quae autem lingua laudibus eius invenietur aequalis, cum omnia, quae sunt in hominibus bona, una anima possideat, et ea cuncta plene atque cumulate [6]), nec solum hominum, sed etiam, quod est amplius, Angelorum? Nequaquam ergo possumus eius explicare praeconia, nec tamen idcirco reticebimus; quin potius propterea dicemus. Est enim hoc maximum laudis genus, cum

---

rerum maximarum laudationibus χαλεπὸν τοῦ μεγέθους ἐφικέσθαι. — Graece perdoctus librorum sacr. A. F. interpres, *Symmachus* scripserat, ni fallor, *Iobi* c. XI, 7. πορείας θεοῦ πῶς ἂν ἐφίκοιο; ubi dedit Alex. interpres μὴ ἴχνος κυρίου εὑρήσεις; vitiata *Symmachi* ἀπορήσεις πῶς ἄν ἐφ. ad comma 8 retulit *Montfauconius*. Sed horum similia ad phrasin illustrandam *Chrys.* quae larga manu dari a me poterant, satius erit omisisse: hae notae Graecis Latinisque hic illic emendandis tantum inservire debent.

6) Nec solum hominum] Haec et proxima dedi, prout leguntur in Cod. MS. pro vulgatis: *quae non solum hominum sunt, sed, quod amplius est, Angelorum:* ex codice nunc edita Graecis apta congruunt οὐ μόνον δὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων.

7) Ἀλλὰ δι' αὐτὸ, καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο] Quam vim hic habeat δι' αὐτὸ repetitum, non video: scripsisse suspicor *Chrys.* ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα ἐροῦμεν. *Anianus: quin potius propterea dicemus.* reddi poterit: *quin propter hoc unum vel maxime dicemus:* αὐτὸ sic adhibetur: *Thucyd.* VIII. c. 67, ἄλλο μὲν οὐδεν, αὐτὸ δὲ τοῦτο. *Xenophon* Ἑλλην. V. p. 326, 26, αὐτὸ οὖν τοῦτ', ἔφη, προσήκει σκοπεῖν. *Isaeus* Or. V. p. 62, 35, τοῦτ' αὐτὸ ἐπιδεικνύτω. in eadem Or. p. 56, 30, pro ταῦτ' αὐτῷ corrigendum τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐπιδείξω ὑμῖν· et in Or. VIII. p. 78, 26, pro τοῦτο αὐτῷ, τοῦτο αὐτὸ ἄνευ τοῦ νόμου — μηδὲν ἰσχυσάτω. *Herodot.* III. c. 71, αὐτοῦ τούτου εἵνεκεν ἥκω. ubi quaedam a me notata sunt. veteres istos in hac etiam formula sequuntur recentiores. — Paulo post Codex MS. *Aniani* dat, *cum*

τοῦτο μάλιστα ἐροῦμεν, καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐγκωμίου μέγιστον εἶδος, τὸ νικᾷν τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος μετὰ πάσης περιουσίας τοῦ λόγου τὴν εὐκολίαν, καὶ ἡ ἧττα μυρίων τροπαίων ἐστὶν ἡμῖν λαμπροτέρα.

Πόθεν οὖν εὔκαιρον εἴη ἂν ἅψασθαι τῶν ἐγκωμίων; πόθεν ἄλλοθεν, ἢ ἀπ' αὐτοῦ τούτου [8]) πρώτου, τοῦ δεῖξαι τὰ ἁπάντων ἔχοντα ἀγαθά; εἴτε γὰρ προφῆται ἐπεδείξαντό τι γενναῖον, εἴτε πατριάρχαι, εἴτε δίκαιοι, εἴτε ἀπόστολοι, εἴτε μάρτυρες, πάντα ταῦτα ὁμοῦ συλλαβὼν ἔχει μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς, μεθ' ὅσης οὐδεὶς ἐκείνων, ὅπερ ἕκαστος εἶχε καλὸν, ἐκέκτητο. [10]) σκόπει δέ· προσήνεγκεν Ἄβελ θυσίαν, καὶ ἐντεῦθεν ἀνακηρύττεται. ἀλλ' ἐὰν τὴν Παύλου θυσίαν εἰς μέσον ἀγάγῃς, τοσοῦτον δείκνυται βελτίων ἐκείνης, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανός.

Ποίαν οὖν βούλεσθε εἴπω; οὐδὲ γὰρ μία μόνον ἐστὶ, καὶ γὰρ ἑαυτὸν καθ' ἑκάστην κατέθυεν ἡμέραν, καὶ ταύτην πάλιν διπλῆν ἐποίει τὴν προσφοράν· τοῦτο μὲν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκων, τοῦτο δὲ [11]) τὴν νέκρωσιν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ περιφέρων. καὶ γὰρ πρὸς κινδύνους διηνεκῶς παρετάττετο, καὶ ἐσφάττετο τῇ προαιρέ-

---

orationis copiam virtus superat, — sicque vinci multo est nobis gloriosius.

8) Ἢ ἀπ' αὐτοῦ τούτου πρώτου] Scripserat, opinor, ἢ ἀπ' αὐτοῦ τούτου πρῶτον· *Anianus: nisi ab hoc ipso primum.*

9) Ὅπερ ἕκαστος εἶχε καλὸν, ἐκέκτητο] *Anianus: bonum, quo excellebat, implevit.* ἐκέκτητο significat *possidebat:* in hoc verbo Latine reddendo plus semel lapsus est vetus interpres.

10) Σκόπει δέ·] Apud *Thucydidem* frequenter occurrunt hae formulae, τεκμήριον δέ· μαρτύριον δέ· μέγιστον δέ· αἴτιον δέ· apud *Xenoph.* etiam, *Lysiam, Isocratem, Isaeum, Demosthenem,* horumque imitatores: σκέψασθε δέ· legitur in *Thucyd.* p. 95, 65.

orationis copiam virtus exsuperat et magnitudo laudati: sicque vinci nobis est multo gloriosius, quam saepe vicisse.

Vnde igitur opportunins laudum eius sumemus exordium? unde inquam incipiemus aliunde, nisi ab hoc ipso primum, ut ostendamus eum bona omnium possidentem? sive enim Prophetae potentius in se aliquid ostenderunt, magisque mirabile, sive Patriarchae, sive iusti, sive Apostoli, sive Martyres, haec omnia simul colligens Paulus cum tanto habet cumulo, cum quanto nullus eorum bonum quo excellebat 9) implevit. Hoc itaque diligentius intuere. Abel obtulit sacrificium, et inde laudatur: sed si Pauli hostiam adducamus in medium, quantum coelum terrâ, superior apparebit.

Quam ergo vultis ut memorem? Non enim una tantummodo est, siquidem semet ipsum per dies singulos immolabat: quam tamen rursus hostiam dupliciter offerebat, cum *quotidie moriens*, tum in corpore suo mortificationem sine intermissione circumferens. Nam et ad pericula iugiter parabatur, consummans voluntate martyrium et naturam in se mortificando carnis, nihil minus quam immolatae Deo hostiae munus implebat, immo et-

---

p. 204, 26: — De Abele loquens adhibuit diversa ab illis, quae leguntur *Genes.* c. IV, 4.

11) Τὴν νέκρωσιν ἐν τῷ σώματι] Vt quae praecedunt *Paulina* sunt ex I Ep. ad *Cor.* c. XV, 31, καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω. haec in II ad *Cor.* c. IV, 10, πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες. In Codice scripto sic ista leguntur *Aniani: cum quotidie moriens, tum corde, tum in corpore suo mortificationem Iesu sine intermissione circumferens*· ex quibus *in corpore* recepi pro vitioso *corpori*, quod est in Edd. sed videri poterit in exemplari suo *Chrysostomi* hic legisse Paulinum, τὴν νέκρωσιν Ἰησοῦ. Dubito, legeritne hic etiam, ἀεὶ περιφέρων.

σει, καὶ τῆς σαρκὸς τὴν Φύσιν οὕτως ἐνέκρωσεν, ὡς τῶν σφαγιαζομένων ἱερείων μηδὲν ἔλαττον διακεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον. οὐδὲ γὰρ βοῦς καὶ πρόβατα προσέφερεν, ἀλλ' ἑαυτὸν διπλῇ καθ' ἑκάστην ἐσφαγίαζε τὴν ἡμέραν. διὸ καὶ [12]) ἐθάρρησεν εἰπεῖν· ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, σπονδὴν ἑαυτοῦ τὸ αἷμα καλέσας. οὐ μὴν ἠρκέσθη ταῖς θυσίαις ταύταις, ἀλλ', ἐπειδὴ [13]) καλῶς ἑαυτὸν καθιέρωσε, καὶ τὴν οἰκουμένην προσήνεγκε, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, καὶ Ἑλλάδα καὶ Βάρβαρον, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ γῆν, ταύτην καθάπερ ὑπόπτερός τις γενόμενος ἐπῆλθε πᾶσαν [14]) οὐχ ἁπλῶς ὁδοιπορῶν, ἀλλὰ τὰς ἀκάνθας τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασπῶν, καὶ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατασπείρων, τὴν πλάνην ἀπελαύνων, τὴν ἀλήθειαν ἐπανάγων, ἐξ ἀνθρώπων ἀγγέλους ποιῶν, μᾶλλον δὲ ἀπὸ δαιμόνων ἀγγέλους τοὺς ἀνθρώπους. διὸ καὶ μέλλων ἀπιέναι μετὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας καὶ τὰ πυκνὰ ταῦτα τρόπαια, παραμυθούμενος τοὺς μαθητὰς, ἔλεγεν· [15]) εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν· διὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ

---

12) Ἐθάρρησεν εἰπεῖν] *Confidendo dicebat* e margine recēpi pro vulgato *confitendo*, quod erat et in Cod. MS. — Verbis *Pauli* ex II Ep. ad *Tim.* c. IV, 6, ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι· *ego enim iam immolor;* quod subiicit *Anianus*, *sanguinem utique suum immolationem vocans:* persuadebit forsan alicui, Graeca ipsum legisse una vocula auctiora: σπονδὴν δὴ ἑαυτοῦ τὸ αἷμα καλέσας· quam hic aptissimam iudico.

13) Ἐπειδὴ καλῶς ἑαυτὸν καθιέρωσε] Recepi quod offerebat in Latinis MS. *quia bene se ipsum consecraverat Deo.* aberat ab Edd. *bene.* — optime mox προσήνεγκεν expressit per *studuit offerre.* — Tum *Graeciam simul ac Barbariam* praebuit MS.

14) Οὐχ ἁπλῶς ὁδοιπορῶν, ἀλλὰ τὰς ἀκάνθας] *Aniani* Latina, *non simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens, sed pec-*

iam multo amplius. Non enim oves offerebat aut boves, sed semet ipsum per dies singulos dupliciter, ut diximus, immolabat: propter quod [12]) confidendo, dicebat: *Ego enim iam immolor*, sanguinem utique suum immolationem vocans. Neque vero his tantummodo sacrificiis contentus fuit. Sed, quia bene seipsum consecraverat Deo, etiam orbem universum studuit offerre: qui terram videlicet ac mare, Graeciam simul ac Barbariam, omnemque prorsus, quanta est sub coelo, regionem quasi volitans circumivit, non simplici labore, veluti in vacuum itinera percurrens; sed peccatorum spinas pariter evellens, et verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem reducens, ex hominibus Angelos faciens: quinimo ipsos homines quasi ex daemonibus in Angelos provehens. Propter quod iam hinc post sudores plurimos ac tropaea innumerabilia transiturus, pro discipulorum consolatione dicebat: *sed et si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestrae, gaudeo, et congratulor omnibus vobis: propter quod et vos gaudete et congratulamini mihi.* Quidnam igitur huic hostiae [16]) reperietur aequale, quam Paulus stricto

---

catorum spinas pariter evellens; mihi quidem monstrant, scripsisse *Chrysost.* ἀλλ' ἅμα τὰς ἀκάνθας τῶν ἁμαρτημάτων ἀναστῶν· voces ἀλλὰ et ἅμα saepe fuerunt a librariis permutatae; ἀλλὰ etiam nonnunquam vicinam ἅμα elisit. — Sed non videtur Interpres dedisse quod vulgatur, quodque erat in Cod. scripto, *veluti in vacuum;* sed potius, *velut in vanum itinera percurrens:* et forte ad hanc normam fuit in Graecis, οὐχ ἁπλῶς ὡς εἰς κενὸν ὁδοιπορῶν.

15) Εἰ καὶ σπένδομαι] Sunt ex Ep. ad *Philipp.* c. II, 17, 18. Pro, διὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε· illic vulgatur, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χ. illud διὸ legit et *Anianus*, reddens, *propter quod et vos gaudete:* ubi vulgatus dat interpres: *id ipsum autem et vos gaudete.*

16) Reperietur] Erat in MS. pro *reperitur.* Suo tamen more

συγχαίρετέ μοι. τί τοίνυν γένοιτ' ἂν τῆς θυσίας ταύτης ἴσον, ἣν τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος σπασάμενος ἔθυσεν, ἣν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσήγαγε τῷ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν; ἀλλ' ἀνηρέθη δολοφονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κάϊν ὁ Ἄβελ, καὶ ταύτῃ λαμπρότερος γέγονεν; ἀλλ' ἐγώ σοι μυρίους [17]) ἠρίθμησα θανάτους, καὶ τοσούτους, ὅσας ἡμέρας κηρύττων ἔζησεν ὁ μακάριος οὗτος. εἰ δὲ καὶ τὴν μέχρι τῆς πείρας αὐτῆς προελθοῦσαν βούλει μαθεῖν σφαγήν, ἐκεῖνος μὲν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ μήτε ἀδικηθέντος μήτε εὐεργετηθέντος κατέπεσεν· οὗτος δὲ ὑπὸ τούτων ἀνηρεῖτο, οὓς ἐξαρπάσαι τῶν μυρίων ἠπείγετο κακῶν, καὶ δι' οὓς πάντα ἔπασχεν, ἅπερ ἔπαθεν.

Ἀλλὰ [18]) Νῶε δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ, καὶ μόνος ἐν ἅπασι τοιοῦτος ἦν. ἀλλὰ καὶ Παῦλος μόνος ἐν ἅπασι τοιοῦτος. Καὶ ἐκεῖνος μὲν ἑαυτὸν μετὰ τῶν παίδων διέσωσε μόνον· οὗτος δὲ, πολὺ χαλεπωτέρου τὴν οἰκουμένην κατακλυσμοῦ καταλαβόντος, [19]) οὐ σανίδας πηξάμενος, καὶ κιβωτὸν ποιήσας, ἀλλ' ἀντὶ σανίδων τὰς ἐπιστολὰς συνθείς, οὐ δύο [20]) καὶ τρεῖς, καὶ πέντε συγγενεῖς, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταποντίζεσθαι μέλλουσαν ἐκ μέσων ἥρπασε τῶν κυ-

---

dedisse videtur: *Quidnam igitur huic hostiae reperiatur aequale,* pro τί τοίνυν γένοιτ' ἂν τῆς θυσίας ταύτης ἴσον;

17) Ἠρίθμησα] Scripserat forsan, ἀριθμήτω· sed pro editis *Aniani, At ego innumeras tibi ostendam mortes,* Codex MS. haec praebet: *vis ergo innumeras tibi ostendi mortes.* — hinc mox recepi, *sin vero* —, pro *si vero* —.

18) Νῶε δίκαιος] *Genes.* c. VI, 9. Νῶε — δίκαιος, τέλειος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ· ut est in Ed. Rom. male ex Alex. dederunt γενέσει αὐτοῦ.

19) Οὐ σανίδας πηξάμενος] Hic quoque ad *Aniani* vulgata, *non arcam coaptando compagibus tabularum, sed epistolas componendo,*

gladio Sancti Spiritus immolavit, quamque in illo altari obtulit, quod supra coelos locatum est? Sed Abel dolo germani percussus occubuit: atque hinc effectus est clarior. At ego innumeras tibi ostendam mortes, tot utique, quot etiam dies beatus iste in praedicatione vixit. Sin vero eam quoque vis nosse mortem, quae novissime etiam rebus impleta est, Abel quidem a fratre, ut nihil a se laeso, ita nullis affecto beneficiis interemtus est: Paulus vero ab iis est interfectus, quos innumeris malis cupiebat eripere, et propter quos sustinuit universa quae passus est.

Sed Noë iustus in generatione sua atque perfectus, et solus erat talis in cunctis: sed et Paulus solus inter omnes talis inventus est. Et ille quidem se tantummodo legitur servasse cum liberis: hic autem multo saeviore mundum inundante diluvio, non arcam coaptando compaginibus tabularum, sed epistolas componendo pro tabulis, non duos vel tres aut quinque cognatos, sed universum prorsus orbem mergi periclitantem ex mediis fluctibus liberavit. Nec vero erat haec talis arca, ut uno circumferretur loco, quae utique orbis terrarum ter-

---

quod addebatur in MS. *pro tabulis*, recipiendum erat; est enim in Gr. ἀντὶ σανίδων τὰς ἐπιστολὰς συνθείς· illinc etiam receptum *compaginibus tabularum*; pro *compagibus:* quamvis hoc a scriptoribus optimis tantum fuerit adhibitum.

20) Οὐ δύο καὶ τρεῖς καὶ πέντε] Dum dat *A. non duos vel tres aut quinque*, videri potest legisse Graeca, οὐ δύο ἢ τρεῖς ἢ πέντε συγγενεῖς· ut postea scripsit p. 480. A. in hac ipsa Or. οὐχὶ παρὰ τριῶν φίλων, ἢ τεσσάρων. sed et in illa legitur p. 479. A. οὐδὲ τρεῖς καὶ πέντε πόλεις· *A. neque tres aut quinque urbes.* et p. 481. D. οὐχ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ μυρίους — ἐπεστόμισε. *A. non unum, aut duos, aut tres, sed innumeros — corripuit.*

μάτων· οὐδὲ γὰρ τοιαύτη ἦν ἡ κιβωτὸς, ὡς ἐν ἑνὶ περιφέρεσθαι τόπῳ, ἀλλὰ τὰ τέρματα τῆς οἰκουμένης κατέλαβε, καὶ ἐξ ἐκείνου πάντας εἰσάγει μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὴν λάρνακα ταύτην. σύμμετρον γὰρ τῷ πλήθει τῶν σωζομένων αὐτὴν κατασκευάσας, δεχόμενος ἀλόγων ἀνοητοτέρους ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐφαμίλλους ἐργάζεται, καὶ ταύτη νικῶν τὴν κιβωτὸν ἐκείνην. ἐκείνη μὲν γὰρ, κόρακα λαβοῦσα, κόρακα πάλιν ἐξέπεμψε, καὶ λύκον ὑποδεξαμένη, τὴν θηριωδίαν οὐ μετέβαλεν. οὗτος δὲ οὐχ' οὕτως, ἀλλὰ λαβὼν λύκους πρόβατα εἰργάσατο, καὶ λαβὼν ἱέρακας καὶ κολοιοὺς περιστερὰς τούτους ἀπετέλεσε, καὶ πᾶσαν ἀλογίαν καὶ θηριωδίαν τῆς τῶν ἀνθρώπων Φύσεως ἐκβαλὼν, τὴν τοῦ πνεύματος ἐπεισήγαγεν ἡμερότητα, καὶ μέχρι νῦν μένει πλέουσα ἡ κιβωτὸς αὕτη, καὶ οὐ διαλύεται. οὐδὲ γὰρ ἴσχυσεν αὐτῆς τὰς σανίδας χαυνῶσαι τῆς κακίας ὁ χειμὼν, ἀλλ' ὑπερπλέουσα μᾶλλον τοῦ χειμῶνος τὴν ζάλην [23]) κατέλυσε. καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ ἀσφάλτῳ καὶ πίσσῃ, ἀλλὰ πνεύματι ἁγίῳ κεχρισμέναι αἱ σανίδες αὗταί εἰσιν.

Ἀλλὰ τὸν Ἀβραὰμ θαυμάζουσιν ἅπαντες, ὅτι ἀκούσας, [24]) ἐξῆλθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ

---

21) Irrationabilibus] Erat in MS. pro *irrationalibus;* qui paulo post etiam dabat *irrationabilitatem;* et, *illam vincit* arcam; ubi *vicit* est in Edd. ut hoc in loco, sic saepius alibi τὰς ἄνω δυνάμεις dixit *Angelos.*

22) Feritatem] Pro *ferocitatem*, et vicina quoque edidi, ut erant in MS. Θηριωδίαν sic etiam paulo ante, et alibi, convertit *Anianus;* qui in Orat. III. in Paulum p. 487. B. ἐξεθηριοῦντο reddiderat, *efferabantur;* non, ut vulgarunt, *efferebantur.* — Hic ex MS. restitutum, *manet hodieque haec arca navigans.*

23) Κατέλυσε] *Anian. ipsa tempestatis motus navigando compescuit:* hoc codex MS. dedit pro *compescit:* videri autem potest hic aptius vulgato verbum legisse, κατέπαυσε· τοῦ χειμῶνος τὴν

minos comprehendit; nam usque nunc omnes in hanc arcam Paulus inducit, quam certe capacem salvandae multitudinis praeparavit, quae, susci-piens [21]) irrationabilibus pene animalibus stultiores, imitatores efficit Angelorum. Et hinc quoque illam vincit arcam, quia illa quidem corvum recipiens, corvum rursus emisit, et includens lupum feritatem eius mutare non potuit: haec vero non ita, sed acceptos lupos oves reddidit, accipitres milvosque suscipiens fecit columbas, et, excludens omnem irrationabilitatem, atque [22]) feritatem, mansuetudinem spiritus introduxit: manet hodieque haec arca navigans, nec tamen aliquando dissolvitur, nec valet tabulas eius ulla malitiae laxare tempestas: quin potius ipsa tempestatis motus navigando compescuit; quod satis consequenter effectum est. Non enim bitumine ac pice, sed Sancto Spiritu eius tabulae sunt perunctae.

Sed Abraham mirantur omnes, quia cum audisset: *Abraham exi de terra tua et de cognatione tua:* et domum reliquit, et patriam, et amicos atque cognatos, quorum omnium iacturam solo divi-

---

ζάλην κατέπαυσε. — Paulo post ex Cod. scripsi, *non enim bitumine ac pice — eius tabulae sunt perunctae;* e Graecis, οὐ γὰρ ἀσφάλτῳ καὶ πίσσῃ — κεχρισμέναι αἱ σανίδες αὗταί εἰσιν. quamvis, picis vice, *bitumen* ἄσφαλτος, ad arcam compingendam fuerit adhibitum: *Genes.* c. VI, 14, ἀσφαλτώσεις αὐτὴν ἀσφάλτῳ. ubi de copia τῆς ἀσφάλτου in Babylonia agit *Diodor. Siculus* II, c. 12, nonnulla notat *Wesselingius.*

24) Ἐξελθε] *Genes.* c. XII, 3. — Elegans illud et vere Graecum, πάντα ἦν αὐτῷ τὸ ἐπίταγμα τοῦ θεοῦ· — Aliter quam in Edd. sic ista redduntur in Cod. scripto: *quorum omnium iacturam solo divini amoris praecepto pensabat.* Sed melius est quod vul-

τῆς συγγενείας σου, ἀφῆκε πατρίδα, καὶ οἰκίαν, καὶ φίλους, καὶ συγγενεῖς, καὶ πάντα ἦν αὐτῷ τὸ ἐπίταγμα τοῦ θεοῦ· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς τοῦτο θαυμάζομεν· ἀλλὰ τί Παύλου γένοιτ' ἂν ἴσον; ὃς [25]) οὐ πατρίδα καὶ οἰκίαν καὶ συγγενεῖς ἀφῆκεν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν κόσμον [26]) διὰ τὸν Ἰησοῦν, μᾶλλον δὲ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ ὑπερεῖδε, καὶ ἓν μόνον ἐζήτει, τοῦ Ἰησοῦ τὴν ἀγάπην. καὶ ἄκουε αὐτοῦ τοῦτο δηλοῦντος καὶ λέγοντος· οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι [27]) ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ. ἀλλ' ἐκεῖνος, εἰς κινδύνους ῥίψας ἑαυτὸν, τὸν ἀδελφιδοῦν ἐξήρπασε τῶν βαρβάρων· ἀλλ' οὗτος οὐ τὸν ἀδελφιδοῦν, οὐδὲ τρεῖς καὶ πέντε πόλεις, ἀλλὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν, οὐκ ἀπὸ βαρβάρων, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν δαιμόνων ἐξήρπασε χειρὸς, μυρίους καθ' ἑκάστην ὑπομένων κινδύνους, καὶ τοῖς οἰκείοις θανάτοις ἑτέροις πολλὴν ἀσφάλειαν κτώμενος. ἀλλ' ἐκεῖ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν ἐστι, καὶ ἡ κορωνὶς τῆς φιλοσοφίας, τὸ τὸν υἱὸν καταθῦσαι· ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα τὰ [28]) πρωτεῖα παρὰ τῷ Παύλῳ ὄντα εὑρήσομεν· οὐ

---

gatur. — Paulo post illinc recepi, *sed quid* (pro *quis*) *Paulo possit aequari?* ἀλλὰ τί Παύλου γένοιτ' ἂν ἴσον;

25) Οὐ πατρίδα] Optime *Anianus: qui non modo patriam — sed ipsum quoque mundum reliquit.* Quamvis etiam Latine vox relinqui potuisset Lectori subaudienda. *Quinctilian.* I. O. IV, c. 2. p. 328, *non bona iudicant illa, sed vera.* vocis μόνον in talibus omissae scriptores optimi quivis exempla praebent; ab aliis iam indicata, *Davis.* ad *Ciceron.* de N. D. p. 288. Tuscul. p. 355. *Dukero* ad *Thucyd.* p. 292. ad *Eurip.* Phoen. p. 501.

26) Διὰ τὸν Ἰησοῦν] Hïc ista non legit *Anianus*, neque videtur scripsisse *Chrys.* qui paulo post, omnia, inquit, ὑπερεῖδε, καὶ ἓν μόνον ἐζήτει, τοῦ Ἰησοῦ τὴν ἀγάπην· quae sic mihi Latina fecisse videtur *Anianus: haec omnia despexit, unum illud* (hanc vo-

ni praecepti amore compensabat: nam et nos eum propterea miramur. Sed quid Paulo possit aequari? qui non modo patriam, cognatos, ac domum, sed ipsum quoque mundum reliquit: quin imo etiam coelum et coelum coeli, et haec omnia Christum suscipiendo despexit: unum pro cunctis, et solum, id est Christi caritatem requirens, *neque praesentia*, inquit, *neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.* Sed Abraham, se ipsum in periculum tradens, hostibus filium fratris eripuit: at Paulus non fratris filium, neque tres aut quinque urbes, sed orbem universum de ipsa diaboli extorsit manu, innumerabilia per dies singulos pericula sustinendo, propriisque mortibus maximam securitatem aliis comparando. Caput bonorum eiusque culmen philosophiae est, quod filium voluerit immolare; sed hic quoque inveniemus Paulum primas partes tenentem, qui non filium, sed semetipsum, ut dixi, millies immolavit.

In Isaac quidem aliquis admiratur, et alia qui-

---

cem praebet MS.) *et solum, Christi caritatem requirens.* Latinis quin ab alia manu quaedam hic illic sint interserta, dubitari non potest.

27) Ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ] De charitate Christi loquutus, ad ista, sequentia quoque *Pauli* verba, quae sunt in Latinis, addidisse videtur ex Ep. ad *Rom.* c. VIII, 39, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. — Paulo post τρεῖς ἢ πέντε πόλεις scripsisse videtur. — Graeca autem, ἀπ' αὐτῆς τῆς τῶν δαιμόνων ἐξήρπασε χειρὸς, monstrant *Anianum* vocem addidisse quae inserta fuit ex MS. *de ipsa Diaboli extorsit manu.*

28) Τὰ πρωτεῖα παρὰ τῷ Παύλῳ] Ex Cod. scripto prodierunt ista *Aniani: sed hic quoque inveniemus Paulum primas partes tenentem:* in Edd. erat, omisso *sed, hic quoque inv. P. primatum*

γὰρ υἱὸν, ἀλλ' ἑαυτὸν μυριάκις κατέθυσεν, ὅπερ ἔφθην εἰπών.

29) Τί ἄν τις θαυμάσειε τοῦ Ἰσαάκ; πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μάλιστα δὲ τὴν ἀνεξικακίαν, ὅτι Φρέατα ὀρύττων, καὶ τῶν οἰκείων ἐλαυνόμενος 30) ὅρων, οὐκ ἐπεξῄει, ἀλλὰ καὶ καταχωννύμενα ὁρῶν ἠνείχετο, καὶ πρὸς ἕτερον ἀεὶ μεθίστατο τόπον, 31) οὐχ ὁμόσε [ἀεὶ] τοῖς λυποῦσι χωρῶν, ἀλλ' ἐξιστάμενος καὶ παραχωρῶν πανταχοῦ τῶν οἰκείων κτημάτων, ἕως αὐτῶν τὴν ἄδικον ἐκόρεσεν ἐπιθυμίαν· ἀλλ' ὁ Παῦλος, οὐ Φρέατα λίθοις καταχωννύμενα ὁρῶν, ἀλλὰ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, οὐ παρεχώρει, καθάπερ ἐκεῖνος, μόνον, ἀλλ' εἰσιὼν τοὺς λίθοις βάλλοντας αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάγειν ἐφιλονείκει· ὅσῳ γὰρ κατεχώννυτο ἡ πηγὴ, τοσούτῳ μᾶλλον ἐξερρήγνυτο, καὶ πλείους ἐξέχεε ποταμοὺς εἰς ὑπομονήν.

Ἀλλὰ τὸν παῖδα τὸν τούτου θαυμάζει τῆς καρτερίας ἡ γραφή; καὶ ποία ἀδαμαντίνη ψυχὴ τοῦ Παύλου δύναιτ' ἂν ἐπιδείξασθαι ὑπομονήν; οὐδὲ γὰρ δὶς ἑπτὰ ἔτη ἐδούλευσεν, ἀλλὰ τὸν πάν-

---

tenentem. — Optime ab illo redditur ἡ κορωνὶς τῆς Φιλοσοφίας *culmen Philosophiae*, et, τὸ τὸν υἱὸν καταθῦσαι· *quod filium voluerit* (sic MS.) *immolare.*

29) Τί ἄν τις θαυμάσειε τοῦ Ἰσαάκ;] Suspicor *Anianum* scripsisse: *in Isaac quid demum aliquis admiretur?* quia sic solet istas reddere formulas: p. 481. C. τί γὰρ ἂν γένοιτο; *quid reperiatur?* p. 484. C. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν· *sed — dicat hic aliquis.* p. 485. A. τίνι ἂν οὖν τις αὐτὸν παραβάλοι; *cui ergo rei — ab aliquo comparetur?*

30) Τῶν οἰκείων ἐλαυνόμενος ὅρων] Ad ista Graeca Latina *Aniani* in margine corriguntur *exactus finibus.* ego vero, cui nec Izaacus videtur dici posse *propriis exactus finibus*, ex latinis, *propriis exagitatus laboribus*, quae recte se habent, Graeca sic corrigerem, τῶν οἰκείων ἐλαυνόμενος πόνων οὐκ ἐπεξῄει. respicit *Genes.* cap.

dem plurima, sed praecipue patientiam: quoniam puteos fodiens, et propriis exagitatus laboribus, minime resistebat: sed factos a se puteos obrui patiebatur, atque ad alium semper migrabat locum. Neque collectâ suorum manu in adversarios irruebat, sed propriâ possessione ubique cedebat, quoadusque iniquissimam illorum expleret cupiditatem. At Paulus, non puteos cernens lapidibus obrutos, sed proprium corpus, non solum sicut ille cedebat, sed eos etiam, a quibus lapidabatur, in coelum studebat evehere. Quanto enim amplius obruebatur fons iste, tanto erumpebat magis, ac plures ex se fluvios effundendo manabat.

De longanimitate ac patientia huius filium Iacob admiratur Scriptura. Et quaenam illa est tam adamantina prorsus anima, quae Pauli patientiam possit imitari? Neque enim bis septem annorum, sed et totius vitae servitium pro sponsâ pertulit Christi, non adustus solum aestu diei et noctis gelu, sed tentationes mille perpetiens: et nunc quidem verberibus, nunc vero lapidibus scissus atque

---

XXVI, 18—32. — Paulo post dicitur προχωρῶν πανταχοῦ τῶν οἰκείων κτημάτων.

31) Οὐχ ὁμόσε [ἀεὶ] τοῖς λυποῦσι χωρῶν] Illud ἀεὶ, quod uncis inclusi, ex proximis, πρὸς ἕτερον ἀεὶ μεθίστατο τόπον, male fuit repetitum: nam, quod vel vicina monstrant, et historia Mosaica, nunquam ὁμόσε τοῖς λυποῦσιν ἐχώρει. *Anian. neque collecta suorum manu in adversarios irruebat. Cum hostibus congredi*, ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις Attica est et elegantior forma loquendi, de qua notavit egregia Clar. *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 138. adhibent eamdem Scriptores Ecclesiastici: Noster T. III. p. 23. D. ὁμόσε τοῖς δεινοῖς ἰέναι. *periculis se obiicere*, ὁμόσε χωρεῖν τοῖς κινδύνοις dixit T. II. p. 563. B. et *Origenes* c. *Cels.* I. p. 51. θηρία τὰ ὁμόσε ταῖς λόγχαις πορευόμενα, *Clemens Alex.* Strom. VII. p. 871, 12. — Quod legitur paulo post εἰσιὼν vitiosum est: εἰσέτι satis esset commodum.

τα βίον ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ νύμφης, οὐ συγ-
καιόμενος μόνον τῷ [32]) καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ
τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, ἀλλὰ μυρίας νιφάδας πει-
ρασμῶν ὑπομένων, νῦν μὲν μάστιγας λαμβάνων,
νῦν δὲ λίθοις τὸ σῶμα βαλλόμενος, καὶ νῦν μὲν
θηρίοις μαχόμενος, νῦν δὲ πελάγει πυκτεύων,
καὶ λιμῷ διηνεκεῖ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ κρυμῷ,
καὶ πανταχοῦ [34]) ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδῶν, καὶ
τὰ πρόβατα ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου φάρυγγος
ἁφαρπάζων.

Ἀλλὰ σώφρων ὁ Ἰωσήφ· ἀλλὰ δέδοικα, [33]) μὴ γέλως ἦ τὸν Παῦλον ἐντεῦθεν ἐγκωμιάζειν, ὃς ἐσταύρωσεν ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ, καὶ οὐ τὰ λαμπρὰ ἐν τοῖς σώμασι μόνον, ἀλλὰ πάντα τὰ πράγματα οὕτως ἑώρα, ὡς ἡμεῖς τὴν κόνιν, καὶ τὴν τέφραν, καὶ ὡς ἂν νεκρὸς πρὸς νεκρὸν ἀκίνητος γένοιτο. οὕτω μετὰ ἀκριβείας τῆς Φύσεως τὰ σκιρτήματα κατευνάζων, οὐδὲν οὐδέποτε [36]) πρὸς οὐδὲν ἀνθρώπινον πάθος ἔπαθεν.

---

32) Τῷ καύματι τῆς ἡμέρας] Firmat iterum Romani Cod. lectionem *Genes.* c. XXXI, 40, ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ παγετῷ τῆς νυκτός. Substituerunt illic ex Alex. τῷ καύσωνι. — Vbi paulo ante Paulum incipit cum Iacobo comparare, voces εἰς ὑπομονὴν, sua certe sede non positas, alio loco legisse videtur *Anianus.*

33) Cum bestiis] In Cod. scripto legitur, *et modo quidem bestiis, modo autem fluctibus pugnans.* atque ita etiam alibi Graecismum expressit *Anianus;* cui in Cod. MS. datur paulo post; *captas oves ex D. faucibus abstrahebat.*

34) Ὑπὲρ τὰ σκάμματα] *Trans finem stadii*, vel quemcunque constitutum, *prosilientes* proverbiali locutione dicebantur ὑπὲρ τὰ σκάμματα, vel ἐσκαμμένα, πηδᾶν, vel ἅλλεσθαι. Originem proverbii indicarunt *Zenobius* Cent. VI. Prov. 23. et *Eustathius* in *Hom.* Od. Θ. p. 302, 2. *Plato*, qui dixit ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι, in Cratylo p. 413. A. multos habuit imitatores; scriptores inprimis Ecclesiastici hanc formulam frequentarunt, de qua *Leopardus* iam egit Emend. I. c. 22.

collisus, et nunc quidem [33]) cum bestiis, modo autem fluctibus puguans: modo etiam nimiae atque continuae reluctans fami diebus ac noctibus, et inter certamina ubique prosiliens, captas oves ex diaboli faucibus extrahebat.

Sed et Ioseph pudicitiae virtute decoratus est: at ego vereor, ne iam ridiculum sit hinc Paulum laudare, qui, semet ipsum mundo crucifigens, non solum humanorum corporum pulcritudines, sed omnia etiam quae videntur in rebus clara ac decora, ita cernebat, quemadmodum nos favillam cineremque despicimus, qui quasi mortuus prorsus ad mortuum immobilis permanebat. Itaque cum tanta animi cura comprimeret incentiva vitiorum et naturae, nihil humanum ab aliquo aliquando perpessus est.

Stupent certe Iob omnes homines, et valde

---

35) Μὴ γέλως ἦ] *Aniano* sua restitui ex MS. *at ego vereor, ne iam ridiculum sit hinc Paulum laudare;* pro vulgatis, *hic Paulum velle laudare:* ἐντεῦθεν reddi debuit *hinc.* Est et illud γέλως ἦ, ex usu elegantiorum: *Eurip.* in Troasin v. 983, ταῦτα γὰρ γέλως πολύς. et in Oreste v. 1598. *Demosthenes* Philipp. I. p. 34, §. 33, νῦν γε γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. Quintus Fabius Max. *Livii* XXVIII, c. 42, *Nae tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conspexeris, ludus et iocus fuisse Hispaniae tuae videbuntur.* *Valerius Max.* V, c. I, ex. ext. 5, *ista — prae iis, quae de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent.* — In proximis, *Pauli* respicit Ep. ad *Gal.* c. VI, 14, δι' οὗ [Ἰησοῦ] ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.

36) Πρὸς οὐδὲν] Scripserat, opinor, πρὸς οὐδένα· οὐδὲν οὐδέποτε πρὸς οὐδένα ἔπαθεν· *Anian. nihil humanum ab aliquo aliquando perpessus est:* ubi legitur in MS. *ad aliquem:* ἀνθρώπινον πάθος ad verba *Chrys.* suspicor ab alia manu adiectum: nam phrasin adhibet Noster, quomodo solent scriptores Gr. ut in Or. de S. Babyla II. p. 556. B. in fabula Daphnes: τὸν Ἀπόλλω — ἰδόντα

Ἐκπλήττονται τὸν Ἰὼβ ἅπαντες ἄνθρωποι, καὶ μάλα εἰκότως· καὶ γὰρ μέγας ἀθλητὴς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Παῦλον παρισοῦσθαι δυνάμενος, διὰ τὴν ὑπομονὴν, διὰ τὴν τοῦ βίου καθαρότητα, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ μαρτυρίαν, διὰ τὴν καρτερὰν μάχην ἐκείνην, διὰ τὴν θαυμαστὴν νίκην τὴν μετὰ τὴν μάχην· ἀλλὰ Παῦλος οὐχὶ μῆνας πολλοὺς ἀγωνιζόμενος οὕτω διῆγεν, ἀλλ' ἔτη πολλὰ, οὐχὶ [37]) τήκων βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος καὶ ἐπὶ κοπρίας καθήμενος, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τοῦ λέοντος τὸ νοητὸν στόμα συνεχῶς ἐμπίπτων, καὶ μυρίοις παλαίων πειρασμοῖς, πάσης πέτρας στερρότερος ἦν· οὐχὶ παρὰ τριῶν φίλων, ἢ τεσσάρων, ἀλλὰ παρὰ πάντων ὀνειδιζόμενος τῶν ἀπιστούντων ψευδαδέλφων, ἐμπτυόμενος, λοιδορούμενος. ἀλλ' [38]) ἡ φιλοξενία τοῦ Ἰὼβ μεγάλη, καὶ ἡ πρὸς τοὺς δεομένους ἡδεμονία· οὐδὲ ἡμεῖς ἀντεροῦμεν· ἀλλὰ τῆς Παύλου τοσοῦτον καταδεεστέραν εὑρήσομεν, ὅσον ψυχῆς σῶμα ἀφέστηκεν· ἃ γὰρ ἐκεῖνος περὶ τοὺς τὴν σάρκα πεπηρωμένους ἐπεδείκνυτο, ταῦτα οὗτος περὶ τοὺς τὴν ψυχὴν λελωβημένους ἔπραττε, πάντας τοὺς χωλοὺς καὶ ἀναπήρους τὸν λογισμὸν διορθούμενος, καὶ τοὺς γυμνοὺς, καὶ ἀσχημονοῦντας περιβάλλων τῇ τῆς

παθεῖν τι πρὸς αὐτήν. *nimio erga aliquem affectu esse commotum*, sive misericordiae, seu doloris, praesertim tamen amoris, sic Graece dicitur; a nemine forte frequentius, quam a *Philostrato*: p. 128. f. 244. m. 275. m. 529. init. 610. init. 685. init. 733. m. ultimo loco Graecos dicit παθεῖν τι πρὸς τὸν Ἀχιλλέα. attigerunt phrasin *T. H.* in Miscell. Obs. VI. p. 351. et *Markland.* in *Eurip.* Suppl. v. 288.

37) Τήκων βώλακας] Sumsit ex *Iobi* c. VII, 5, Τήκω δὲ βώλακας γῆς ἀπὸ ἰχῶρος ξέων· quorum ultimum hic etiam legit *Anianus*, qui vertit ista: *non terrae gleba saniem carnis eradens*, vel

utique convenienter. Est enim ille athleta mirabilis; et qui Paulum ipsum velut ex adverso possit aspicere ob patientiam, puritatemque vitae, ob testimonium Dei, propter illam cum diabolo fortissimam pugnam, propter victoriam, quae pugnam sequuta est: at Paulus, non mensibus tantum, sed annis plurimis in agone perdurans, tam clarus emicuit, non *terrae gleba saniem carnis eradens*, sed in ipsius intelligibilis os leonis frequenter incurrens, et pugnans adversus tentationes innumeras, omni erat lapide tolerantior, qui non a tribus aut quatuor amicis, sed a cunctis infidelibus, a falsis etiam fratribus opprobria sustinebat, consputatus ab omnibus atque maledictus. Sed illius erat magna hospitalitas, et cura pauperum; nec nos quidem istud negamus: sed Pauli eam liberalitate inferiorem docemus, et tanto inferiorem, quanto anima est corpus inferius. Quam enim ille curam impendebat carne debilibus, hanc iste animâ morbidis exhibebat, nunc mentis sensibus claudicantes dirigendo in recti itineris incessum, nunc nuditate deformes stola coelestis philosophiae vestiendo. In corporalibus quoque beneficiis tanto ille superabat, quanto est amplius in fame et egestate viventem indigen-

---

radens, ut est in MS. ξέων ad priora additum legitur et apud Nostrum T. III. p. 560. A. — Sequentia sunt ex *Iobi* c. II, 8, 9, ἔλαβεν ὄστρακον, ἵνα ἀποξύῃ τὸν ἰχῶρα αὐτοῦ· καὶ ἐκάθητο ἐπὶ τῆς κοπρίας.

38) Ἡ φιλοξενία τοῦ Ἰὼβ] Respicit ista *Iobi* c. XXXI, 32. Ἔξω οὐκ ηὐλίζετο ξένος· a nostro laudata T. II. p. 156. D. T. III. p. 559. D. *Eusebio* Dem. Ev. p. 16. B. *Gregorio Nazianz.* I. p. 183. A. — Quod hic sequitur, ἡ πρὸς τοὺς δεομένους κηδεμονία, redditur *cura pauperum:* in Cod. MS. est *cura parentum sive pauperum:* quia τοὺς δεομένους reddere solet *indigentes*, hic forsan etiam dederat *indigentium.*

φιλοσοφίας στολῇ· καὶ ἐν τοῖς σωματικοῖς δὲ τοσοῦτον αὐτοῦ περιῆν, ὅσῳ πολλῷ μεῖζον τὸν [39]) πενίᾳ συζῶντα καὶ λιμῷ βοηθεῖν τοῖς δεομένοις, τοῦ ἐκ περιουσίας τοῦτο ποιεῖν· καὶ τοῦ μὲν ἡ οἰκία παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο, τοῦ δὲ ἡ ψυχὴ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ἥπλωτο, καὶ [40]) ὁλοκλήρους δήμους ὑπεδέχετο. διὸ καὶ ἔλεγεν· οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. καὶ ὁ μὲν, προβάτων αὐτῷ καὶ βοῶν ὄντων ἀπείρων, Φιλότιμος περὶ τοὺς δεομένους ἦν· οὗτος δὲ, οὐδὲν πλέον κεκτημένος τοῦ σώματος, ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῖς δεομένοις ἐπήρκει, καὶ βοᾷ λέγων, ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται, τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασίαν πρόσοδον τοῖς πεινῶσι καὶ λιμώττουσι κεκτημένος. ἀλλὰ οἱ σκώληκες καὶ τὰ τραύματα χαλεπὰς καὶ ἀκαρτερήτους παρεῖχον τῷ Ἰὼβ τὰς ὀδύνας; ὁμολογῶ κἀγώ· ἀλλ' ἐὰν ἐν τοσούτοις ἔτεσι τοῦ Παύλου μάστιγας, καὶ τὸν λιμὸν τὸν διηνεκῆ, καὶ τὴν γυμνότητα, καὶ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὸ δεσμωτήριον, καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς παρὰ τῶν οἰκείων, τὰς παρὰ τῶν ἀλλοτρίων, τὰς παρὰ τῶν τυράννων, τὰς παρὰ τῆς οἰκουμένης πάσης ἀντι-

---

39) Τὸν πενίᾳ συζῶντα] Hic scribi de Paulo non poterat ab *Aniano*, *in fame et nuditate viventem*; quam reposui, vocem *egestate* praebuit MS. — A *Ioanne* autem *Chrys.* acque scribi potuit, τῷ πενίᾳ συζῶντι, (quae varietas enotatur ex Cod. Reg.) quam quod vulgatur; hic tamen vulgatum praefero. Illud vero miror, in ista splendida Edit. tam raras ex Codd. Regiis adnotatas legi scripturae varietates. — Quae sequuntur, ἡ οἰκία παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο· sunt itidem ex Gr. vers. *Iobi* c. XXXI, 32, nisi quod illic legitur, ἡ θύρα παντὶ ἐ. ἀ.

40) Ὁλοκλήρους δήμους ὑπεδέχετο] Paulo liberius *Anianus*: *fidelium populos benigno* (sic MS. pro *benigne*) *mentis recipiebat*

tibus ferre praesidium, quam id ipsum de divitiarum affluentia ministrare. Nam illius quidem *omni advenienti aperiebatur domus*, huius vero anima universo patebat orbi, ac fidelium populos benigno mentis recipiebat hospitio, dicens, *non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.* Et ille quidem, cum oves et boves haberet innumeras, erat in pauperes liberalis: hic vero, nihil amplius corpore suo possidens, de hoc ipso sufficienter indigentibus ministrabat; quod alicubi ipse commemorans, *Necessitatibus*, inquit, *meis et his qui mecum erant, ministraverunt manus istae:* corporis enim sui operam velut ex quadam possessione fructus esurientibus deputabat. Sed vermes videlicet, ac vulnera, saevos atque intolerabiles sancto Iob inferebant dolores; et ego fateor: sed si per tam multos annos Pauli verbera, et cum iugi fame etiam nuditatem, catenas, carcerem, insidias, periculaque consideres, quae a domesticis, ab extraneis, a tyrannis, a toto postremo patiebatur orbe: addas [41]) huc etiam his profecto amariora, id est, pro eis, qui labebantur, dolores, solicitudinem, quam pro Ecclesiis omnibus, ustionem, quam pro scandalizatis singulis perferebat, videbis quia

---

hospitio. — *Paulina* quae sequuntur, sunt in II Ep. ad *Cor.* c. VI, 12. — Paulo post ex MS. in Latinis editum: *nihil amplius corpore suo possidens, de hoc ipso — indigentibus ministrabat:* pro *in hoc ipso:* ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῖς δεομένοις ἐπήρκει. — Verba tum sequuntur *Pauli Lucanea* ex *Act. A.* c. XX, 34.

41) Addas huc] Ex MS. prodiit, pro *addas haec.* — Paulo post in Latinis scriptum: *ferrum atque adamantem firmitate superabat: firmitate* vulgatis ex Cod. intersertum; sed suo loco relictum *perferens: perpetiens* frequentatur ab *Aniano.* Infra, τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω· sunt ex Ep. ad *Gal.* c. IV, 19.

ϑῆς, καὶ μετὰ τούτων τὰ τούτων πικρότερα, λέγω δὴ τὰς ὑπὲρ τῶν πιπτόντων ὀδύνας, τὴν Φροντίδα τῶν ἐκκλησιῶν πασῶν, τὴν πύρωσιν, ἣν ὑπὲρ ἑκάστου τῶν σκανδαλιζομένων ὑπέμενεν, ὄψει πῶς πέτρος στερρότερα ἦν ἡ ταῦτα φέρουσα ψυχὴ, καὶ σίδηρον καὶ ἀδάμαντα ἐνίκα. ἅπερ οὖν ἐκεῖνος ἔπασχεν ἐν τῷ σώματι, ταῦτα οὗτος ἐν τῇ ψυχῇ· καὶ σκώληκος παντὸς χαλεπώτερον ἡ καθ' ἕκαστον τῶν σκανδαλιζομένων ἀθυμία διέτρωγεν αὐτοῦ τὴν ψυχήν· ὅθεν καὶ πηγὰς δακρύων ἠφίει διηνεκεῖς, οὐ τὰς ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς νύκτας, καὶ πάσης γυναικὸς ὠδινούσης δριμύτερον διεσπᾶτο καὶ καθ' ἕκαστον αὐτῶν· διὸ καὶ ἔλεγε, τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω.

Τίνα ἄν τις μετὰ τὸν Ἰὼβ ἐκπλαγείη; τὸν Μωϋσέα πάντως· ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος [42]) ὑπερηκόντισε· μεγάλα μὲν γὰρ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα, τὸ δὲ κεφάλαιον, καὶ ἡ κορωνὶς τῆς ἁγίας ψυχῆς ἐκείνης, ὅτι [43]) ἐξαλειφθῆναι εἵλετο τῆς τοῦ θεοῦ βίβλου ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν Ἰουδαίων· ἀλλ' οὗτος μὲν συναπολέσθαι ἑτέροις ἠρεῖτο· ὁ δὲ Παῦλος οὐ συναπολέσθαι, ἀλλ', ἑτέρων σωζομένων, αὐτὸς ἐκπεσεῖν τῆς δόξης τῆς ἀπεράντου· καὶ ὁ μὲν τῷ Φαραὼ, ὁ δὲ τῷ διαβόλῳ καθ' ἡμέραν ἐπύκτευε· καὶ ὁ μὲν ὑπὲρ ἑνὸς ἔθνους, ὁ δὲ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης

---

42) Καὶ τοῦτον — ὑπερηκόντισε) Ab *Aristophane* adhibitum illud ὑπερηκόντισε frequentavit *Chrysost. Euseb.* Praepar. Ev. p. 68. C. ποίαν οὐχ ὑπερηκόντισεν ὑπερβολὴν ἀσεβείας; in *Schol.* ad *Aristoph.* Plut. v. 178, *tyrannus* memoratur Βούσιριν ὑπερηκοντικῶς· πολυμαθεία πάντας ὑπερηκοντικότες sunt in *Athenaei* argumento; cuius conf. L. VI. p. 225. A. VII. p. 295. F. ab optimis scriptoribus frequentius in hunc sensum adhibetur ὑπερπεπαικέναι. Ὑπερακοντίζειν comparat *I. F. Gronov.* cum lectione Codicum *Livii* XXXVIII, c. 58, *P. Africanum tantum paternas superiecisse lau-*

omni erat saxo durior anima ista perpetiens, et ferrum atque adamantem firmitate superabat. Quae enim Iob corpore, haec Paulus mente sustinuit, quem omni ferme molestia de singulis quibusque labentibus moestitia consumebat: unde et iuges lacrymarum ex eo fontes non diebus solum sed etiam noctibus effluebant, omniquc muliere parturiente vehementius affligebatur in singulis, propter quod etiam dicebat: *Filioli mei, quos iterum parturio.*

Quem vero iam quispiam post Iob putet esse mirabilem? Moysen profecto: sed hunc etiam Paulus satis eminenti virtute transcendit. Cuius quidem multa sunt alia praeclara; sed caput sanctae illius animae atque fastigium est, quoniam pro Iudaeorum salute deleri elegit ex libro vitae: sed Moyses cum caeteris optavit perire; Paulus pro caeteris: non enim cum pereuntibus perire voluit, sed, ut salvarentur alii, ipse de gloriae aeternitate decidere; et ille quidem Pharaoni, hic autem diabolo quotidie repugnabat, et ille pro una tantum gente, iste vero pro universo orbe certavit, non sudore, sed sanguine vice sudoris undique profluente: cum non solum habitabiles mundi partes, verum etiam deserta ad cultum religionis adduceret,

---

des: ubi *superavisse* est in Edd. — Hic vero *Anianum* scripsisse puto, non *satis*, sed *magis eminente virtute transcendit.*

43) Ἐξαλειφθῆναι εἵλετο] Respicit, opinor, Ep. ad *Rom.* c. IX, 3, ἠσχόμην — αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου. — ex istis, ἐξαλειφθῆναι εἵλετο τῆς τοῦ θεοῦ βίβλου, voces τοῦ θεοῦ non leguntur in Cod. Reg. et in Latinis *Aniani* haec tantum habet MS. *pro Iudaeorum salute deleri elegit e libro.* — ἡ βίβλος ζωῆς aliquoties legitur in N. F. nusquam ἡ τοῦ θεοῦ βίβλος.

ἁπάσης ἔκαμεν, οὐχ ἱδρῶτι, ἀλλὰ καὶ αἵματι ἀντὶ ἱδρῶτος πάντοθεν περιῤῥεόμενος, οὐχὶ τὴν οἰκουμένην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀοίκητον διορθούμενος, οὐχὶ τὴν Ἑλλάδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν βάρβαρον.

Ἐνῆν καὶ [44])τὸν Ἰησοῦν εἰς μέσον παραγαγεῖν, καὶ τὸν Σαμουὴλ, καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας· ἀλλ', ἵνα μὴ μακρότερον ποιῶμεν τὸν λόγον, ἐπὶ τοὺς κορυφαίους αὐτῶν βαδίσωμεν. ὅταν γὰρ τούτων φανῇ κρείττων, οὐδεμία περὶ τῶν ἄλλων ἀμφισβήτησις λείπεται. τίνες οὖν οἱ κορυφαῖοι; τίνες δὲ ἄλλοι μετὰ τούτους, ἢ ὁ Δαυῒδ, καὶ ὁ Ἠλίας, καὶ ὁ Ἰωάννης; ὁ μὲν τῆς προτέρας, ὁ δὲ τῆς δευτέρας πρόδρομος [45]) τοῦ Κυρίου παρουσίας· διὸ καὶ τῆς προσηγορίας ἀλλήλοις ἐκοινώνησαν. τί οὖν τὸ ἐξαίρετον τοῦ Δαυῒδ; ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ ὁ πρὸς θεὸν ἔρως. καὶ τίς μὲν μᾶλλον, τίς δὲ οὐχ ἧττον τῆς Παύλου ψυχῆς ἀμφότερα ταῦτα κατώρθωσε; τί δὲ τὸ θαυμαστὸν τοῦ Ἰλίου; ἆρα ὅτι τὸν οὐρανὸν ἔκλεισε, καὶ λιμὸν ἐπήγαγε, καὶ πῦρ κατήγαγεν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ὅτι ἐζήλωσεν ὑπὲρ τοῦ δεσπότου, καὶ [46]) πυρὸς σφοδρότερος ἦν. ἀλλ' εἰ τὸν Παύλου ζῆλον ἴδοις, τοσοῦτον ὄψει κρατοῦντα, ὅσον ἐκεῖνος τῶν ἄλλων προφητῶν περιῆν. τί γὰρ ἂν γένοιτο τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἴσον, ἅπερ ὑπὲρ τῆς τοῦ δεσπότου δόξης ζηλῶν ἔλεγεν, ὅτι ηὐχόμην

---

44) Τὸν Ἰησοῦν] Etiam alibi *Iosuam* sic simpliciter dicit Ἰησοῦν, ut in Matth. T. VII. p. 23. B. τὸν Ναυὴ quem dicunt Alexandrini, hic etiam *Iesum Nave* dedit *Anianus*; a cuius Codice, quo usus sum, scripto hic pagina integra aberat: sequentis initium est in Or. II. p. 485. C.

45) Τοῦ Κυρίου] Articulo interiecto scribendum, πρόδρομος τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας.

46) Καὶ πυρὸς σφοδρότερος ἦν] *Anianum* reddidisse suspicor,

nec solum Graecorum populos, verum etiam barbarorum.

Poteram quidem et Iesum Nave, et Samuelem, et alios prophetas in comparationem vocare: sed, ne sermonem faciam longiorem, ad ipsa eorum capita conscendam. Cum enim istis excellentior apparuerit, nulla prorsus de aliis ambiguitas relinquetur. Quinam ergo eminentiores videntur? Quis post hos alius nisi David, et Helias, et Ioannes, quorum unus prioris, alter secundi est praecursor adventus? propter quod etiam nominis communione coniuncti sunt. Quid igitur in David praecipuum reperitur? sine dubio humilitas, atque erga Deum fervens amor: et quis amplius, imo quis ita, ut anima Pauli, haec utraque complevit? Admirandum autem in Helia ego minime reor, quia coelum clausit, quia induxit famem, quia ignem de coelo sermone compluit: sed, quia zelavit pro Deo, erat in hoc mentis affectu ipso igne vehementior. Sed si Pauli zelum diligenter inspicias, tanto eum invenias celsiorem, quanto ille prophetis caeteris eminebat. Quid enim verbis illis reperietur quale, per quae gloriam Domini zelando dicebat: *Quoniam optabam ego anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem?*

---

eratque ipso igne vehementior: quodque interiacet, *in hoc mentis affectu*, alterius esse adsumentum, indicantis igne vehementiorem fuisse ζηλοῦντα ὑπὲρ τοῦ δεσπότου. Paulo post, omisso *per*, Latina sic legenda videntur: *quam gloriam Domini zelando dicebat*. — Quae iam ante posui, verba *Pauli* proferuntur infra ex Ep. ad *Rom.* c. IX, 3. et his subiecta ex Ep. ad *Phil.* c. I, 24, τὸ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκί, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. ubi dant Edd. τὸ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκί.

μην ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα; διὰ τοῦτο τῶν οὐρανῶν αὐτῷ προκειμένων, καὶ τῶν στεφάνων, καὶ τῶν ἐπάθλων, ἔμελλε καὶ ἐβράδυνε λέγων, τὸ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς· διὰ τοῦτο οὐδὲ τὴν κτίσιν ταύτην τὴν ὁρωμένην, ἀλλ' οὐδὲ τὴν νοητὴν ἐνόμισεν ἀρκεῖν εἰς παράστασιν τῆς ἀγάπης καὶ τοῦ ζήλου, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν οὐκ οὖσαν ἐζήτει, ὥστε ἐνδείξασθαι ὅπερ ἤθελε καὶ ἐπεθύμει.

Ἀλλ' ὁ Ἰωάννης ἀκρίδας ἤσθιε, καὶ μέλι ἄγριον; ἀλλ' οὗτος ἐν μέσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καθάπερ ἐκεῖνος ἐν τῇ ἐρήμῳ, διέτριβεν, ἀκρίδας μὲν καὶ μέλι ἄγριον οὐ σιτούμενος, πολὺ δὲ εὐτελεστέραν ταύτης παρατιθέμενος τράπεζαν, καὶ οὐδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐπορῶν τροφῆς, διὰ τὴν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος σπουδήν. ἀλλὰ πολλὴν πρὸς τὸν Ἡρῴδην οὗτος παῤῥησίαν ἐπεδείξατο· ἀλλ' οὗτος οὐχ ἕνα καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ [47]) μυρίους κατ' ἐκεῖνον ἐπεστόμισε, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπωτέρους ἐκείνου τοῦ τυράννου.

Λείπεται πρὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν ἐξετάσαι [48]) λοιπόν. διόπερ ἀφέντες τὴν γῆν, πρὸς τὰς τῶν οὐρανῶν ἀναβησόμεθα ἀψίδας, ἀλλὰ μηδεὶς τόλμαν καταγινωσκέτω τοῦ λόγου.

---

47) Μυρίους κατ' ἐκεῖνον ἐπεστόμισε.] In proximis, ut est in Latinis *Aniani, imo longe illo saeviores tyrannos:* scriptum quoque olim videtur, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπωτέρους ἐκείνου τυράννους. — In istis, μυρίους κατ' ἐκεῖνον reddidit, *innumeros in simili positos potestate.* In Orat. IV. p. 499. *Studeamus et nos* κατ' ἐκεῖνον γενέσθαι, recte reddidit, *eius similes inveniri;* et p. 500. E. γενέσθαι κατὰ Παῦλον, *Paulo similes fieri.* T. VII. p. 112. A. κατὰ τὸν Ἡρῴδην γενέσθαι. is usus praepositionis κατὰ, quo *similitudo* significatur, elegantior saepe minus fuit intellectus: *Herodot.* I, c. 121. πατέρα καὶ μητέρα εὑρήσεις οὐ

Propterea coelis sibi propósitis ac praemiis et coronis tardavit ac distulit dicens: *Permanere autem in carne necessarium est propter vos.* Propterea non solum istam, quae cernitur, sed illam quoque quae intelligitur creaturam, nequaquam sufficere sibi credidit ad ostendendum zelum et caritatem, qua ardebat in Christum: sed etiam aliam, quae non est, sermone formavit, ut quod tota voluntate cupiebat exprimeret.

Sed Iohannes in cibum locustas, et mel sylvestre sumebat: at Paulus ita in mundi strepitu, quemadmodum ille in eremi quiete, versatus est: non quidem pastus locustis et melle sylvestri, sed multo his victu viliore contentus, ac ne necessario quidem indulgens cibo, prae fervore et studio praedicandi. Verum illius adversus Herodem apparuit magna constantia: at iste non unum, aut duos, aut tres, sed innumeros in simili pósitos potestate corripuit, imo longe illo saeviores tyrannos.

Restat, ut Paulum iam angelis comparemus; ideoque relinquentes terram ad coelorum fastigia transeamus; sed nullus sermonis nostri accuset audaciam.

κατὰ Μιτραδάτην τε τὸν βουκόλον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, sed multo nobiliores. II, c. 10, ἄλλοι ποταμοὶ οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ὄντες, — *flumina quae cum Nilo comparari non possunt.* III, c. 122. *Dion. Chrys.* Or. LXXIV. pag. 644. C. ὁ κοινὸς ἁπάντων (πατὴρ) οὐ κατὰ Λάχητα ὢν, οὐδὲ κατὰ Σίμωνα. In Graeca versione *Iobi* c. I, 8, Codex dat Vatic. οὐκ ἔστι κατ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπος· ex Alex. prodiit istius formulae interpretatio, οὐκ ἔστιν ὅμοιος αὐτῷ. utraque coaluit in cap. II, 3.

48) Λοιπὸν] Vel hoc abiiciendum est, vel Λείπεται· nam in eadem sede non bene conveniunt: Λείπεται πρὸς τοὺς ἀγγέλους

Εἰ γὰρ καὶ τὸν Ἰωάννην ἄγγελον ἐκάλεσεν ἡ γραφὴ, καὶ τοὺς ἱερέας, τί θαυμαστὸν, εἰ τὸν ἁπάντων ἀμείνω ταῖς δυνάμεσι παραβάλλομεν ἐκείναις; τί οὖν ἐστιν ἐκείνων [49]) τὸ μέγα; ὅτι μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑπακούουσι τῷ θεῷ· ὅπερ καὶ ὁ Δαυῒδ ἐκπληττόμενος ἔλεγε, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. τούτου γὰρ ἴσον οὐδὲν, κἂν μυριάκις ὦσιν ἀσώματοι· τὸ γὰρ μάλιστα ποιοῦν τούτους μακαρίους, τοῦτό ἐστιν, ὅτι πείθονται τοῖς προστάγμασιν, ὅτι οὐδαμοῦ παρακούουσι. τοῦτο τοίνυν καὶ ὑπὸ τοῦ Παύλου μετὰ ἀκριβείας ἐστὶν ἰδεῖν Φυλαττόμενον· οὐ γὰρ δὴ τὸν λόγον αὐτοῦ ἐποίησε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ προστάγματα, καὶ ὑπὲρ τὰ προστάγματα καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε· [50]) τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθὸς, ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ; τί ἕτερον θαυμάζων αὐτοὺς ὁ προφήτης ἔλεγεν; ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, φησὶ, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐπὶ Παύλου ἐστὶν ἰδεῖν· καθάπερ γὰρ πνεῦμα, καὶ πῦρ, οὕτω τὴν οἰκουμένην διέδραμεν ἅπασαν, καὶ τὴν γῆν ἐξεκάθηρεν. ἀλλ' οὔπω τὸν οὐρανόν ἔλαχε· τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτο, ὅτι ἐν τῇ γῇ τοιοῦτος ἦν, καὶ, σῶμα θνητὸν περικείμενος, πρὸς τὰς ἀσωμάτους ἡμιλλᾶτο δυνάμεις.

Πόσης οὖν οὐκ ἂν εἴημεν καταγνώσεως ἄξιοι,

αὐτὸν ἐξετάσαι λοιπόν. Pro λείπεται, *reliquum est*, sic etiam adhibentur ἀπολείπεται et καταλείπεται. quorum hoc *Callicratidae* restituendum est in *Stobaei* Eclog. Phys. p. 45. v. 52.

49) Τὸ μέγα] Recte interpretatur *An. magnificum.* quod a *Virgil.* in Aen. X, 547, *aliquid magnum*, μέγα τι dicitur a Graecis: *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 39. Vt a *Callim.* Epigr. VI, Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα, frequenter μέγα sic ab aliis adhibetur; ex. gr. a *Xenophonte* p. 246, 35. p. 375, 29. *Herodoto*

Si enim Ioannem et sacerdotes Dei scriptura angelos nominavit; quid mirum, si praestantiorem omnibus Paulum illis virtutibus conferamus: quid ergo esse in angelis magnificum iudicamus? profecto quia cum omni cura obediunt Deo; quod David quoque admirando dicebat: *Potentes virtute, facientes verbum illius.* Huic enim bono nihil prorsus aequale est, etiamsi sint millies incorporei: hoc est enim, quod maxime praestat eos beatos, quia obediunt praeceptis Dei, quia eum in nullo aliquando contemnunt. Hoc igitur et in Paulo plene animadverti potest cum omni diligentia et cautione servatum. Non autem solum sermonem eius implevit, verum etiam praecepta supraque praecepta: hoc quoque declarans, ait: *Quae est ergo merces mea, ut evangelium praedicans sine sumtu ponam evangelium Dei?* Quid vero aliud in angelis propheta miratur? *qui facit*, inquit, *angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem.* Sed hoc etiam in Paulo possumus invenire, qui velut ignis ac spiritus totum terrarum percurrit orbem, percurrendoque purgavit. Sed necdum coelum iste sortitus est; et hoc omnino mirabile: quia talis versabatur in terris, et, mortali adhuc carne circumdatus, cum incorporalium potestatum virtute certabat.

Quanta ergo sumus condemnatione digni,

L. VII, c. 38. — Verba *Davidis* paulo post citata sunt in *Ps.* CII, 20. quae his subiecta sunt, ὅτι οὐδαμοῦ παρακούουσι· *quod nunquam sunt immorigeri*, verbo minus apto reddidit *Anianus.*

50) Τίς οὖν μοι] In Ep. I. ad *Cor.* c. IX, 18. — Prophetae verba sunt *Ps.* CIII, 4. ubi Codicis Vatic. lectio, πῦρ φλέγον, iterum firmatur a *Chrys.* cui ex Alex. πυρὸς φλόγα substituerunt, quod praebet Epist. ad *Hebr.* c. I, 7.

ὅταν, ἑνὸς ἀνθρώπου πάντα [51]) συνειληχότος ἑαυτῷ τὰ καλὰ, ἡμεῖς οὐδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος μιμήσασθαι αὐτὸν σπουδάζωμεν; ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες καὶ τῆς κατηγορίας ἑαυτοὺς ἀπαλλάξωμεν, καὶ σπουδάσωμεν πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον ἐλθεῖν, ἵνα δυνηθῶμεν καὶ τῶν αὐτῶν ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ Φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΠΑΥΛΟΝ

Λόγος δεύτερος.

Τί ποτέ ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ ὅση τῆς Φύσεως τῆς ἡμετέρας ἡ εὐγένεια, καὶ ὅσης ἐστὶ δεκτικὸν ἀρετῆς τουτὶ τὸ ζῶον, ἔδειξε μάλιστα πάντων

---

51) Συνειληχότος] Recte *Anian. uno homine bona omnia in se congregante.* Sed *simul sortitus* συνειληχὼς, *qui collegit* Attice dicitur συνειλοχώς· corrigendumque adeo hic est συνειλοχότος. forma tamen ista Attica nostris in libris paulo rarior est, et ab Editoribus, ut suspicor, saepius obliterata. Attica sunt εἴλοχα· ἐξείλοχα· κατείλοχα. συνείλοχα. *Thomas Mag.* Ἐξείλοχεν, οὐκ ἐκλέλοχε. in *Luciani* Soloec. T. III. p. 563, ἑτέρου εἰπόντος Ἐκλελοχότας, διπλασιάζεις, ἔφη, τοὺς Ἐξειλοχότας. vid. ad *Thomam* Cl. *T. H.* Apud *Suidam* in v. Ἀγάπιος legitur, χρήματα

cum, uno homine bona omnia in se congregante, ne minimam quidem eorum partem studemus imitari? haec assidue mente volventes, et nos ipsos inculpabiles praebeamus, et ad illius zelum studeamus accedere, ut ad eadem bona pervenire mereamur, gratia ac misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. amen.

EIVSDEM

IN LAVDEM S. APOSTOLI PAVLI,

ANIANO INTERPRETE,

ORATIO II.

Quid sit homo et quanta naturae nostrae nobilitas, quantaeque capax virtutis hoc sit animal, vel praecipue ex omnibus Paulus ostendit, qui nunc

---

μεγάλα συνείλοχεν. *magnas opes collegit.* Συνειλοχὼς et συνειλοχότες *Demostheni* reddendum, et *Philostrato*, quod non animadvertit *Toupius* Em. in *Suid.* III. p. 105. meminit *Plutarchus* in M. Bruto p. 998. A. τῶν χρημάτων, ἃ πολλὰ συνειλόχει Κάσσιος. *Pausanias* L. X. p. 857. med. inter Graeciae veteris sapientes *Plato* Μύσωνα κατείλοχε τὸν Χηνέα· sic recte correxerunt illic viri docti vocem vulgatam; et, ne quis dubitet de forma Attica, dat eamdem *Pausan.* p. 883. fine. Ἡρόδοτος, καταλέγων τὰς πόλεις, — καὶ Παραποταμίους κατείλοχεν ἐν αὐταῖς.

ἀνθρώπων ὁ Παῦλος. [52]) καὶ νῦν ἕστηκεν, ἐξ οὗ γέγονε, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῶν τῇ κατασκευῇ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ δεσπότου, καὶ [53]) προτρέπων ἐπ' ἀρετῇ, καὶ τὰ ἀναίσχυντα τῶν βλασφήμων ἐμφράττων στόματα, καὶ δεικνὺς ὅτι ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων [54]) οὐ πολὺ τὸ μέσον, ἐὰν ἐθέλωμεν προσέχειν ἑαυτοῖς· οὐ γὰρ ἄλλην φύσιν λαχὼν, οὐδὲ ἑτέρας κοινωνήσας ψυχῆς, οὐδὲ ἄλλον οἰκήσας κόσμον, ἀλλ', ἐν τῇ αὐτῇ γῇ καὶ χώρᾳ καὶ νόμοις καὶ ἔθεσι τραφεὶς, πάντας ἀνθρώπους ὑπερηκόντισε τοὺς ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι γενομένους· ποῦ τοίνυν οἱ λέγοντες, ὅτι δύσκολον ἡ ἀρετὴ, καὶ εὔκολον ἡ κακία; οὗτος γὰρ ἀντιφθέγγεται τούτοις, λέγων, τὸ [55]) παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται· εἰ δὲ τοιαῦται θλίψεις ἐλαφραὶ, πολλῷ μᾶλλον αἱ οἴκοθεν ἡδοναί· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν αὐτοῦ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι περιουσίᾳ τῆς προθυμίας οὐδὲ ᾐσθάνετο τῶν πόνων τῶν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ ἐπὶ μισθῷ ταύτην μετῄει· ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐ-

---

52) Καὶ νῦν ἕστηκεν, ἐξ οὗ γέγονε] Horum certe vim Latinus non expressit Interpres; sed, duabus literis repetitis, legerem: ὃς καὶ νῦν ἕστηκεν, ἐξ οὗ γέγονε, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ — ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ δεσπότου· *qui, a quo tempore fuit, et nunc etiam stat — clara voce causam dicens pro domino.* Illud, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, *voce sonora*, vel *clara*, cum semel dixisset Demosthenes Or. de Falsa Leg. p. 244. §. 360. arripuerunt Sophistae: habet illud *Philostratus* de V. Soph. II. p. 577, 2, et in Heroicis p. 704. f. sed idem restituendum est de V. Apoll. III, c. 37, ἐπαινεσάντων καὶ τῶν ἄλλων πρώτῃ φωνῇ τὰ εἰρημένα. dubium non est quin corrigi debeat, λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. — ipse Noster *I. Chrys.* T. VII. in Matth. p. 142. A. ἀνακηρύττει λαμπρᾷ τῇ φωνῇ. — Λαμπροφωνίην iam dixit *Herodotus* VI, c. 60. Λαμπροφωνεύεσθαι dat *Moeris Att.* in Λαρυγγίζειν. Λαμπροφωνότατος est apud *Demosthenem*.

stetit adversus criminationes humanae creaturae, clarissima pro domino voce respondens, cohortans ad studia virtutis, et impudentissima blasphemantium ora concludens; docens quoque, quod inter Angelos hominesque non grande sit medium, si tamen nos ipsos diligentius excolamus. Non enim aliam ille est sortitus naturam, nec dissimilem nactus animam, neque alterum habitans mundum, sed in eadem terra, eademque regione, sub eisdem etiam legibus nutritus et moribus, cunctos qui vel nunc sunt homines, vel fuerunt, altius virtute transcendit. Vbi igitur illi nunc sunt, qui vitia in proclivi, virtutem in arduo collocarunt. Hic enim palam illis repugnat, dicens: *Quod enim in praesenti momentaneum est ac leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum in nobis gloriae pondus operatur.* Si autem huiusmodi tribulationes inveniuntur leves, quanto magis hae quae sunt in nobis voluptates? Neque vero hoc solum in illo mirabile est, quod prae abundantia devotionis quodammodo non sensit dolores pro virtute susceptos: sed etiam quod virtutem

---

53) Προτρέπων ἐπ' ἀρετῇ] Vsus postulat ἐπ' ἀρετήν. recte *Anian. cohortans ad studia virtutis.*

54) Οὐ πολὺ τὸ μέσον] Ostendere suo *Paulus* dicitur exemplo, Angelos inter et homines *non magnum esse discrimen:* πολὺ τὸ μέσον legitur Or. IV. in laud. *Pauli* p. 496. D. et in *Matth.* T. VII. p. 30. B. Non recentiores tantum, quod putasse videtur *Abreschius* in Lect. *Aristaen.* p. 249, sed iam veteres τὸ μέσον sic adhibuerunt. *Herodot.* I, c. 126, οἱ δὲ ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον. IX, c. 81, ὡς δὲ τῆς θοίνης ποιηθείσης ἦν πολλὸν τὸ μέσον. permutatur ab *Aristide* cum ista, πολὺ τὸ μέσον, haec quoque formula: τὸ διάφορον οὐ μικρὸν ἦν.

55) Τὸ παραυτίκα ἐλαφρὸν] *Paulina* sunt ex II. Ep. ad *Cor.* IV, 17.

δὲ μισθῶν προκειμένων ἀνεχόμεθα τῶν ὑπὲρ αὐτῆς ἱδρώτων· ἐκεῖνος δὲ καὶ χωρὶς τῶν ἐπάθλων αὐτὴν [55]) ἠσπάζετο καὶ ἐφίλει, καὶ τὰ δοκοῦντα αὐτῆς εἶναι κωλύματα μετὰ πάσης ὑπερήλατο τῆς εὐκολίας· καὶ οὔτε σώματος ἀσθένειαν, οὐ πραγμάτων περίστασιν, οὐ Φύσεως τυραννίδα, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ἠτιάσατο· καίτοι καὶ στρατηγῶν καὶ βασιλέων ἁπάντων τῶν ὄντων ἐπὶ γῆς μείζονα Φροντίδα ἐγχειρισθείς.

Ἀλλ' ὅμως καθ' ἑκάστην ἥμαζε τὴν ἡμέραν, καὶ, τῶν κινδύνων ἐπιτεινομένων αὐτῷ, νεαρὰν ἐκέκτητο τὴν προθυμίαν· καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε, [56]) τῶν μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. καὶ, θανάτου προσδοκωμένου, εἰς κοινωνίαν τῆς ἡδονῆς ταύτης ἐκάλει λέγων, χαίρετε καὶ συγχαίρετέ μοι· καὶ, κινδύνων ἐπικειμένων, καὶ ὕβρεων, καὶ ἀτιμίας ἁπάσης, ἐσχίρτα πάλιν, καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔλεγε, διὸ καὶ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρεσιν, ἐν διωγμοῖς· καὶ ὅπλα δὲ αὐτὰ δικαιοσύνης ἐκάλεσε, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐντεῦθεν τὰ μέγιστα ἐκαρποῦτο, καὶ [57]) τοῖς ἐχθροῖς πάντοθεν ἀχείρωτος ἦν. καὶ, πανταχοῦ μαστιζόμενος, ὑβριζόμενος, ἐπιβουλευόμενος, ἐν θαλάττῃ, ἐν γῇ, ἐν ἐρημίαις, ἐν πόλεσιν, ἐν ἔθνεσιν, ἐν ψευδαδέλφοις, ἐν κινδύνοις, ἐν πολλοῖς θανάτοις, ἐν πολλαῖς ἐπιβουλαῖς, ἐν πολλαῖς ἀπάταις, ἐν πολλαῖς ἐπηρείαις, ἐν πολλαῖς ἀπειλαῖς, ἐν πολλαῖς ἐπιορκίαις, ἐν πολλαῖς ἐπιθέσεσιν, ἐν πολλαῖς ἐπιστροφαῖς, ἐν πολλαῖς ἐπιτιμίαις, ἐν πολλαῖς ἐπιτιμήσεσιν, ἐν πολλαῖς ἐπιπλοκαῖς, ἐν πολλαῖς ἐπιφοραῖς, ἐν πολλαῖς ἐπιβάσεσιν, ἐν πολλαῖς ἐπιστάσεσιν, ἐν πολλαῖς ἐπιστολαῖς, ἐν πολλαῖς ἐπιστομίσεσιν, ἐν πολλαῖς ἐπιστολιμαίοις, ἐν πολλαῖς ἐπιστολιμαίοις, ἐν πολλαῖς ἐπιστολιμαίοις

ipsam pro mercede non suscepit. Nam nos quidem pro ea nec proposita mercede certamus, quam ille complectens etiam sine praemio diligebat, cuncta illa, quae asperitate sui videntur impedire virtutem, cum omni magnanimitate perpetiens: qui neque infirmitatem corporis, neque multitudinem circumstantium undique negotiorum, neque tyrannidem naturae, neque quidquam aliud omnino causatus est: cum utique maior illi, quam cunctis et militiae principibus et regibus terrae, esset cura commissa.

Sed quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior, et intentis sibi periculis nova semper alacritate pugnabat, idque significans dicebat: *Eorum quae retro obliviscens, in ea vero quae priora sunt extendens me*, qui, cum sibi iam mortem imminentem videret, ad communionem delectationemque gaudii alios provocabat, dicens: *Gaudete, et congratulamini mihi:* ac periculis, iniuriis, opprobriisque propositis, rursus exsultat, et, Corinthiis scribens, ait: *Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in persequutionibus.* Cum utique haec ipsa esse diceret arma iustitiae, ostendens hinc sibi fructum maximum provenire. Itaque,

---

sequuntur διὸ καὶ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις — ex II Ep. ad *Cor.* XII, 10. sed abest illinc interiectum καί. — ὅπλα δικαιοσύνης dixit in Ep. ad *Rom.* c. VI, 13. et in II Ep. ad *Cor.* c. VI, 7.

57) Τοῖς ἐχθροῖς πάντοθεν ἀχείρωτος ἦν] Hic in exemplari Graeco plura videtur *Anianus* invenisse vulgatis: praeter ista enim, quae posui, nihil adest quod his respondeat: *Itaque, cum inter medias inimicorum versaretur insidias, ovans tamen de omni eorum referebat impugnatione victorias.* — Paulo post ista, χάρις δὲ τῷ θεῷ τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς, sunt ex II Ep. ad *Cor.* c. II, 14. quo illud modo ceperit *Chrys.* satis ostendunt antecedentia ὥσπερ ἐν θριάμβοις ἐμπομπεύων· *quasi triumphales pompas ageret: Anianus.*

ζόμενος, λοιδορούμενος, ὥσπερ ἐν θριάμβοις ἐμπομπεύων, καὶ τὰ τρόπαια συνεχῆ πανταχοῦ γῆς ἱστὰς, οὕτως ἐκαλλωπίζετο, καὶ χάριν ὡμολόγει τῷ θεῷ λέγων· χάρις δὲ τῷ θεῷ τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς· καὶ τὴν ἀσχημοσύνην καὶ τὴν ὕβριν τὴν διὰ τὸ κήρυγμα μᾶλλον, ἢ ἡμεῖς τὴν τιμὴν, ἐδίωκε, καὶ τὸν θάνατον, ἢ ἡμεῖς τὴν ζωὴν, καὶ τὴν πενίαν, ἢ τὸν πλοῦτον ἡμεῖς, καὶ τοὺς πόνους μᾶλλον, ἢ τὰς ἀνέσεις ἕτεροι, καὶ οὐχ ἁπλῶς μᾶλλον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, καὶ τὸ λυπεῖσθαι πλέον, ἢ τὸ χαίρειν ἕτεροι, τὸ ὑπερεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν μᾶλλον, ἢ τὸ κατεύχεσθαι ἕτεροι· καὶ ἀντέστρεψε τῶν πραγμάτων τὴν τάξιν, μᾶλλον δὲ ἡμεῖς ἀντεστρεψαμεν. ἐκεῖνος δὲ, ὥσπερ ὁ θεὸς ἐνομοθέτησεν, οὕτως αὐτὴν ἐφύλαττε. ταῦτα μὲν γὰρ κατὰ Φύσιν ἅπαντα, ἐκεῖνα δὲ τοὐναντίον. τίς τούτων ἀπόδειξις; Παῦλος, ἄνθρωπος ὤν, καὶ τούτοις ἐπιτρέχων μᾶλλον ἢ ἐκείνοις.

Ἓν τούτῳ φοβερὸν ἦν μόνον καὶ φευκτὸν, τὸ προσκροῦσαι θεῷ, ἕτερον δὲ οὐδέν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ ποθεινὸν ἄλλο τι, ὡς τὸ ἀρέσαι θεῷ· καὶ οὐ λέγω τῶν παρόντων οὐδὲν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν μελλόντων· μὴ γάρ μοι πόλεις εἴπῃς, καὶ ἔθνη, καὶ βασιλεῖς, καὶ στρατόπεδα, καὶ ὅπλα, καὶ χρήματα, καὶ σατραπείας, καὶ δυναστείας, οὐδὲ γὰρ [58]) ἀράχνην ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν. ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τίθει, καὶ τότε αὐτοῦ ὄψει τὸν σφοδρὸν ἔρωτα τὸν πρὸς τὸν Χριστόν. οὗτος γὰρ πρὸς ἐκεῖνο τὸ φίλτρον, οὐκ ἀγγέλων

---

58) Οὐδὲ γὰρ ἀράχνην ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν.] *An. haec enim ille aranearum fila reputavit.* saepius dicuntur ἀράχνια, quam ἀράχνη. vid. tamen *Ammon.* in Ἀράχνη. a *Basilio M.* I. p. 55. F. dicta ἀράχνεια ὑφάσματα· simpliciter dicuntur ἀράχνια a *Xenoph.* Ἀπομνημ. III. p. 456, 26. *Themistio* Or. XVIII. p. 221.

cum inter medias inimicorum versaretur insidias, ovans tamen de omni earum referebat impugnatione victorias, et ubique caesus verberibus, affectus iniuriis atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra tropaea strueret, gloriabatur, gratiasque referebat Deo, dicens: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos.* Itaque ad confusionem et iniurias, quas ob praedicandi studium sustinebat, magis quam nos ad honorum oblectamenta, properabat, mortem potius, quam nos vitam, appetens: paupertatem, quam opulentiam; et multo amplius laborem desiderans, quam alii requiem post laborem; ac moerorem magis eligens, quam alii voluptatem; studiosius pro inimicis orans, quam alii adversus inimicos. Converterat enim ordinem rerum: imo nos eum vere pervertimus. Ab illo autem sic custoditus est, quemadmodum a Deo fuerat institutus. Illa enim omnia, quae appetebantur a Paulo, naturae congrua: haec vero, quae idem ille fugiebat, contraria iudicantur. unde istud probari potest? Homo enim cum esset Paulus, ad illa tamen magis, quam ad ista currebat.

Vnum enim illi formidandum erat atque metuendum, offensa nimirum Dei, nec quidquam aliud omnino. Ergo nec desiderabile illi aliud erat, nisi placere semper Deo. Non dico quia nihil praesentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid futurorum. Non enim mihi dicas urbes et gentes, exercitus, provincias, pecunias, potestates: haec enim ille aranearum fila reputavit: sed ea ipsa pone, quae promittuntur in caelis, et tunc

---

B. *Theocritus* Eid. XVI, 96, — ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι Λεπτὰ διαστήσαιντο. Sed in istis loquendi formulis, qualem dat *Chrys.* nec ἀράχνην neque ἀράχνιον adhibent Graeci, sed alia, quae collegit *Piersonus* ad *Moerin Att.* p. 330, 331.

ἀξίαν ἐθαύμασεν, οὐκ ἀρχαγγέλων, οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν. τὸ γὰρ ἁπάντων μεῖζον εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, τὸν τοῦ Χριστοῦ ἔρωτα, καὶ μετὰ τούτου πάντων ἑαυτὸν μακαριώτερον εἶναι ἐνόμισε· καὶ τούτου χωρὶς οὐδὲ τῶν κυριοτήτων, οὐδὲ τῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν γενέσθαι ἤὔχετο, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἀγάπης ταύτης ἐν ἐσχάτοις εἶναι ἐβούλετο μᾶλλον, καὶ τῶν κολαζομένων, ἢ ταύτης χωρὶς τῶν ἄκρων, καὶ τῶν τιμωμένων· κολασις γὰρ ἐκείνῳ μία, τὸ τῆς ἀγάπης ταύτης ἀποτυχεῖν· τοῦτο αὐτῷ γέεννα, τοῦτο τιμωρία, τοῦτο μυρία κακά· ὥσπερ καὶ ἀπόλαυσις, τὸ ταύτης ἐπιτυχεῖν· τοῦτο ζωή, τοῦτο κόσμος, τοῦτο ἄγγελος, τοῦτο παρόντα, τοῦτο μέλλοντα, τοῦτο βασιλεία, τοῦτο ἐπαγγελία, τοῦτο τὰ μυρία ἀγαθά. Ἕτερον δὲ οὐδὲν τῶν μὴ [59]) Φερόντων ἐνταῦθα, οὐδὲ λυπηρὸν, οὐδὲ ἡδὺ εἶναι ἐνόμιζεν. ἀλλ' οὕτω κατεφρόνει τῶν ὁρωμένων πάντων, ὡς τῆς κατασηπομένης βοτάνης· τύραννοι δὲ αὐτῷ καὶ δῆμοι θυμοῦ πνέοντες κώνωπες εἶναι ἐδόκουν.

Θάνατος δὲ αὐτῷ καὶ τιμωρίαι καὶ μυρίαι κολάσεις, παίδων ἀθύρματα· πλὴν εἴποτε διὰ τὸν Χριστὸν ὑπέμενε· τότε γὰρ καὶ ταῦτα ἡσπάζετο, καὶ εἰς τὴν ἄλυσιν οὕτως ἐκαλλωπίζετο, ὡς οὐδὲ τὸ διάδημα Νέρων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων· καὶ τὸ δεσμωτήριον δὲ ᾤκει, ὡς αὐτὸν τὸν οὐρα-

---

59) Οὐδὲν τῶν μὴ Φερόντων ἐνταῦθα] *Nihil eorum, quae huc non spectarent, vel triste vel iucundum arbitrabatur.* dedisse videtur *Aniunus: Praeter haec vero nihil in tristium [vel iucundorum] parte ponebat.* Scribi quoque potuerat, τῶν μὴ Φερόντων εἰς vel πρὸς τοῦτο. Hoc modo Φέρειν et de aliis rebus adhibetur, et de portentis vel oraculis huc vel illuc spectantibus: *Herodot.*

eius ardentem in Christo amorem videbis. Hic siquidem prae illius dulcedine, non Angelorum, non Archangelorum admiratus est dignitatem, nec quidquam horum simile concupivit. Quod enim erat maius omnibus, Christi amore fruebatur; cum hoc beatiorem se cunctis putabat, sine hoc autem neque dominatuum, neque principatuum socius esse cupiebat; sed cum hac dilectione magis esse extremus optabat, imo etiam ex numero punitorum, quam sine hac inter summos et honore sublimes. Hoc enim erat illi maximum et singulare tormentum, ab hac caritate discedere: haec illi erat gehenna, haec sola poena, haec infinita et intoleranda supplicia. Sicut etiam perfrui caritate Christi, hoc illi vita, hoc mundus, hoc Angelus, hoc praesentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona videbatur innumera: praeter hoc vero nihil in tristium parte ponebat. Horum enim, quae hic habentur, nihil asperum, nihil etiam suave reputabat. Sic despiciebat universa, quae cernimus, ut solet herba iam putrefacta contemni. Tyrannos vero ipsos, ac populos spirantes furorem, velut quosdam esse culices existimabat.

Mortem vero et cruciatus et mille supplicia quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid sustineret. Tunc enim ipsa amplectebatur libenter, et decorabatur vinctus catena magis, quam Nero diademate coronatus. Etenim coarctatus carcere habitabat caelum, ac li-

---

VII, c. 137, ἐπῆλθέ οἱ αὐτίκα, ὡς εἴη τέρας καὶ Φέροι ἐς μέγα τι. IX, c. 32, ἐς ἀρχαίους ἀγῶνας Φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήϊον. *Antiphon* orator p. 119, 8. τὰ ἴχνη dixit τῆς ὑποψίας εἰς τοῦτον Φέροντα. de ostento, ἐς ὃ Φέρει, legitur apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 181, 31.

νὸν, καὶ τραύματα καὶ μάστιγας ἐδέχετο ἥδιον τούτων τῶν τὰ βραβεῖα ἁρπαζόντων· καὶ τοὺς πόνους ἐφίλει τῶν ἐπάθλων οὐχ ἧττον, ἔπαθλον τοὺς πόνους εἶναι νομίζων. διὰ τοῦτο καὶ [60]) χάριν αὐτοὺς ἐκάλει. σκόπει δέ· ἔπαθλον ἦν, τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ, ὁ ἀγὼν οὗτος· ἀλλ' ὅμως τοῦτο μᾶλλον αἱρεῖται ἐκείνου, καὶ ἀναγκαιότερον αὐτῷ εἶναί φησι. τὸ ἀνάθεμα ἀπὸ Χριστοῦ γενέσθαι, ἀγὼν ἦν καὶ πόνος, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ἀγῶνα καὶ πόνον· τὸ μετ' αὐτοῦ, ἔπαθλον· ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον αἱρεῖται ἐκείνου διὰ τὸν Χριστόν. ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, ὅτι ταῦτα πάντα διὰ τὸν Χριστὸν ἡδέα αὐτῷ ἦν. τοῦτο γὰρ καὶ ἐγώ φημι, ὅτι, ἅπερ ἀθυμίας ἡμῖν αἴτια, ταῦτα ἐκείνῳ μεγάλην ἔτικτεν ἡδονήν· καὶ τί λέγω κινδύνους καὶ τὰς ἄλλας ταλαιπωρίας; καὶ γὰρ ἐν ἀθυμίᾳ διηνεκεῖ ἦν. διὸ καὶ ἔλεγε· [61]) τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται; καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; πλὴν εἰ καὶ τὴν ἀθυμίαν ἡδονὴν ἔχειν εἴποι τις ἄν. πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν τέκνα ἀποβαλόντων, συγχωρούμενοι μὲν θρηνεῖν, παραμυθίαν λαμβάνουσι· κωλυόμενοι δὲ, ἀλγοῦσι· καθάπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος, νυκτὸς καὶ ἡμέρας δακρύων, παραμυθίαν ἐλάμβανεν. οὐδεὶς γὰρ οὕτω τὰ οἰκεῖα ἐπένθησε κακὰ, ὡς τὰ ἀλλότρια ἐκεῖνος· πῶς γὰρ οἴει διακεῖσθαι αὐτὸν Ἰουδαίων οὐ σωζομένων, ἵνα σωθῶσιν, εὐχόμενον ἐκπεσεῖν τῆς ἄνω δόξης;

---

60) Χάριν αὐτοὺς ἐκάλει] In Ep. ad *Phil.* c. 1, 7. ex eiusdem cap. I, 23, 24, sunt proxima, τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι et τὸ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκί· cum in nostris sit Edd. τὸ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκί. supra eodem ista modo exhibet. Quo paulo post spectet in Latinis, *e regione*, et quid hic sibi velit, minus

bentius verbera excipiebat et vulnera, quam alii brabia diripiunt; et dolores non minus, quam praemia diligebat, cum ipsos utique dolores loco duceret praemiorum; propterea enim illos et gratiam nominabat. Quem sensum diligenter expende: praemium certe erat dissolvi, et esse cum Christo; permanere autem in carne, certamen: sed tamen propter Christi desiderium praemia differebat cupiditate certaminis, idque magis necessarium esse ducebat: e regione vero anathema a Christo fieri certamen erat et dolor, magis autem et supra certamen, supraque omnem dolorem. At vero esse cum Christo erat praemium singulare: Paulus tamen propter Christum illud maluit, quam istud eligere. Sed profecto dicat hic aliquis, quoniam haec omnia propter Christum suavia esse dicebat; hoc plane etiam ipse confiteor, quoniam, quae nobis sunt causa tristitiae, haec illi pariebant maximam voluptatem. Et quid ego pericula aerumnasque commemoro? In moerore enim maximo ille versabatur, propter quod dicebat: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?* Etsi in moerore dicat quoque quis inesse aliquam voluptatem: multi enim illorum, qui filiorum mortibus vulnerantur, aliquid consolationis accipiunt, si cum suis fletibus relinquuntur; magisque dolent, cum dolere prohibentur: sic igitur et Paulus nocte et die consolationem excipiebat ex lacrymis: nullus siquidem tanto affectu mala pro-

---

liquet; sed scripsisse videtur infra: *haec omnia propter Christum suavia esse ducebat;* non, quod vulgatur, *dicebat.*

61) Τίς ἀσθενεῖ] Ex II Ep. ad *Cor.* c. XI, 29. Paulo post respicit iterum ista ex Ep. ad *Rom.* c. IX, 3, ἠυχόμην γὰρ αὐτὸς

Ὅθεν δῆλον, ὅτι τὸ μὴ σώζεσθαι αὐτοὺς πολλῷ χαλεπώτερον ἦν. εἰ γὰρ μὴ χαλεπώτερον, οὐκ ἂν ηὔξατο ἐκεῖνο, ὡς γὰρ κουφότερον εἴλετο καὶ μᾶλλον ἔχον παραμυθίαν. καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ ἐβόα λέγων, ὅτι λύπη μοί ἐστι, καὶ ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου.

Τὸν οὖν [62]) καθ' ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ὑπὲρ τῶν τὴν οἰκουμένην οἰκούντων ἀλγοῦντα, καὶ ὑπὲρ ἁπάντων κοινῇ, καὶ ἐθνῶν, καὶ πόλεων, καὶ ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου, τίνι ἄν τις δυνηθείη παραβαλεῖν; ποίῳ σιδήρῳ; ποίῳ ἀδάμαντι; τί ἄν τις ἐκείνην καλέσειε τὴν ψυχήν; χρυσῆν, ἢ ἀδαμαντίνην; καὶ γὰρ ἀδάμαντος ἦν παντὸς στερρότερα, καὶ χρυσοῦ, καὶ λίθων τιμίων τιμιωτέρα. κἀκείνης μὲν οὖν τῆς ὕλης τὴν εὐτονίαν [63]) παρελάσει, ταύτης δὲ τὴν πολυτέλειαν. τίνι ἂν οὖν τις αὐτὸν παραβάλοι; τῶν μὲν οὐσῶν οὐδεμιᾷ. εἰ δὲ [64]) χρυσὸς ἀδάμας γένοιτο, καὶ ἀδάμας χρυσὸς, τότε ὁπωσοῦν αὐτῶν τεύξεται τῆς εἰκόνος.

Ἀλλὰ τί μοι παραβάλλειν ἀδάμαντι καὶ χρυσῷ; τὸν κόσμον ἀντίθες ἅπαντα, καὶ τότε ὄψει [65]) καθέλκουσαν τοῦ Παύλου τὴν ψυχήν. εἰ γὰρ

ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου· quae illic praecedunt, verba etiam ipsa proferens.

62) Καθ' ἑκάστην] Non videtur *Anianus*, istis omissis, scripsisse, *de singulis, ut ita dixerim, habitatoribus mundi — vehementer dolentem*; quod ne cogitari quidem poterat; sed potius dedisse: *hunc ergo diebus singulis*, (καθ' ἑκάστην) *ut ita dixerim, de habitatoribus mundi — dolentem —.*

63) Τὴν εὐτονίαν παρελάσει] Non παρελάσει, sed παρήλασε, *superavit*; atque ita corrigendum arbitror: quam vim verbo ἐλαύνειν indit παρὰ, eamdem habet in Παρελθεῖν· Παρευδοκιμεῖν· Παραδραμεῖν· Παρυφαίνειν· Παριππεύειν· similibusque.

pria, quam ille deflebat aliena. Quemadmodum enim illum opinaris afflictum, cum perditionem Judaeorum dolet; qui, ut illi salvi fierent, se ipsum a caelorum gloria cupiebat excludi?

Et inde hoc manifestum est, quia scilicet non salvari illos acerbius aestimabat, quam se ipsum perire: aut, si non acerbius, numquam aliud optasset: quod utique quasi tolerabilius elegit. Qui, cum certe spe maxima futuri praemii pasceretur, non perfunctorie illud optabat, sed clamabat dicens: *Qūoniam tristitia est mihi magna, et continuus dolor cordi meo.*

Hunc ergo de singulis, ut ita dixerim, habitatoribus mundi tam vehementer dolentem, et in commune pro cunctis, et gentibus et urbibus, pro unoquoque peculiariter lamentantem, cuinam rerum aliquis poterit comparare? cui ferro, cui adamanti? Quidnam aliquis illam appellet animam, aureamne magis, an adamantinam? Nam et erat omni adamante fortior, et auro gemmisque pretiosior: et alteram quidem materiam firmitate, alteram vero pretiositate superabat. Cui ergo rei haec ab aliquo anima comparetur? earum quidem quae sunt omnino nulli. Quodsi vel auro adamantis for-

---

64) Εἰ δὲ χρυσὸς ἀδάμας γένοιτο] Vsus Linguae Graecae, ipsius etiam *Chrysostomi*, postulat, ut scribatur, εἰ δὲ χρυσὸς ὁ ἀδάμας γένοιτο, καὶ ἀδάμας ὁ χρυσός· articulo in talibus insignitur orationis quod dicitur subiectum; de quo nonnulla notavi ad *Herodot.* p. 451, 7.

65) Καθέλκουσαν τοῦ Παύλου τὴν ψυχήν.] In altera lance si totum mundum posueris, in altera Pauli merita, hanc longe *propendentem videbis:* lanx gravior καθέλκει τὸν ζυγόν· quod et alibi Noster adhibet, monente *Casaub.* Anim. in *Athen.* II, c. 8. — Ex *Ciceronis* Tusc. V, c. 17. nota est *libra Critolai, qui, cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam animi lancem putet, ut*

περὶ τῶν [66]) ἐν μηλωταῖς καὶ σπηλαίοις καὶ ἐν μικρῷ μέρει τῆς οἰκουμένης διαπρεψάντων τοῦτό φησιν ἐκεῖνος, πολλῷ μᾶλλον περὶ αὐτοῦ ἂν εἴποιμεν ἡμεῖς, ὡς ὅτι πάντων ἀντάξιος ἦν. Εἰ τοίνυν ὁ κόσμος αὐτοῦ οὐκ ἄξιος, τίς ἄξιος; τάχα ὁ οὐρανός; ἀλλὰ καὶ τοῦτο σμικρόν. εἰ γὰρ αὐτὸς οὐρανοῦ μετὰ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς προετίμησε τοῦ δεσπότου τὴν ἀγάπην, πολλῷ μᾶλλον ὁ δεσπότης, ὁ τοσοῦτον αὐτοῦ ἀγαθώτερος, ὅσον πονηρίας ἀγαθότης, μυρίων αὐτὸν οὐρανῶν προτιμήσει· οὐ γὰρ ὁμοίως ἡμᾶς φιλεῖ, καθάπερ ἡμεῖς αὐτὸν, ἀλλὰ τοσοῦτον πλέον, ὅσον οὐδὲ λόγῳ παραστῆσαι ἔνι. σκόπει γοῦν ἡλίκων αὐτὸν καὶ πρὸ τῆς μελλούσης ἠξίωσεν ἀναστάσεως· εἰς παράδεισον ἥρπασεν, εἰς τρίτον ἀνήγαγεν οὐρανὸν, ἀποῤῥήτων ἐποίησε κοινωνὸν τοιούτων. [67]) ἃ μηδενὶ τῶν τὴν ἀνθρωπίνην λαχόντων φύσιν θέμις εἰπεῖν· καὶ μάλα εἰκότως. καὶ γὰρ ἐν γῇ βαδίζων, ὡς μετὰ ἀγγέλων περιπολῶν, οὕτως ἔπραττεν ἅπαντα· καὶ, σώματι θνητῷ συνδεδεμένος, τὴν ἐκείνων καθαρότητα ἐπεδείκνυτο, καὶ, ἀνάγκαις τοσαύταις ὑποκείμενος, ἐφιλονείκει τῶν ἄνω δυνάμεων μηδὲν [68]) ἔλαττον φανῆναι. καὶ γὰρ ὡς πτηνὸς τὴν οἰκουμένην διέδραμε, καὶ ὡς

---

terram et maria deprimat: illic vid. *Bentlei.* ad L. V. de Fin. c. 30. *Davisius.* conf. *Cicero Davisii* de Fin. II. p. 116. Tusc. I. p. 44. V. p. 409. et de Off. III, c. 3.

66) Τῶν ἐν μηλωταῖς — διαπρεψάντων] *Qui in melotis et specubus et in exigua orbis parte versabantur*: dum sic ista vertebat *An.* legisse videtur, διατριψάντων· et, quamvis vere sua fucerint pietate διαπρεπεῖς· hic tamen minus commode dici possunt ἐν μηλωταῖς καὶ σπηλαίοις διαπρέψαντες. In Ep. ad *Hebr.* c. XI, 37, 38, περιῆλθον ἐν μηλωταῖς (huius additur interpretamentum ἐν αἰγείοις δέρμασι) — ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι —

titudo, vel adamanti honor daretur auri, tum forte aliquo modo comparatio eius Pauli posset animae convenire.

Sed quid ego adamantem vel aurum ad similitudinem adduco Pauli? mundum si e diverso appendas omnem, tunc videbis aperte Pauli vergere pondus examinis. Si enim de iis, qui in melotis et specubus, et in exigua orbis parte versabantur, hoc dictum est; quanto magis nos dicemus Paulum mundo et omnibus quae in mundo sunt digniorem? Si igitur eo mundus dignus non est, sit forte vel coelum; sed istud quoque invenitur inferius. Si enim iste non solum coelum, sed quae habentur in coelis Dei postposuit caritati; quomodo non magis Dominus, qui tanto est benignior Paulo, quanto malitiam bonitas antecellit, innumeris eum coelis indicat digniorem? Non enim, quantum nos diligit Deus, tantum a nobis diligitur ipse: sed tanto effusius, quantum nec sermo quidem sufficit explicare. Consideremus ergo, quantis illum honoribus etiam ante tempus resurrectionis extulerit. In paradisum rapuit, et in coelum tertium sublevavit, ineffabilis arcani fecit esse participem, taliumque mysteriorum conscium, quae nulli hominum fas

---

σπηλαίοις· his interiecta, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος· transponenda censebat *Toupius*.

67) Ἀ μηδενὶ] Quod *Paulus* dixit in II Ep. ad *Cor*. c. XII, 4, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Noster expressit, ἃ μηδενὶ τῶν τὴν ἀνθρωπίνην λαχόντων φύσιν θέμις εἰπεῖν.

68) Μηδὲν ἔλαττον] Scripsisse videtur, ἐφιλονείκει τῶν ἄνω δυνάμεων μηδὲν ἐλάττων φανῆναι. — Quod sequitur, ὡς πτηνὸς τὴν οἰκουμένην διέδραμε· plus semel alibi de eodem ab illo dicitur, ὡς ὑπόπτερος. — Paulo post, πόνων ὑπερεώρα καὶ κινδύνων· *Anianus* reddidit, *labores periculaque contemsit*: sic certe erat in Cod. MS. in quo vox *omnes* non legitur, a me omissa.

ἀσώματος πόνων ὑπερεώρα καὶ κινδύνων, καὶ ὡς τὸν οὐρανὸν ἤδη λαχὼν κατεφρόνει τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ ὡς μετ' αὐτῶν ἀναστρεφόμενος τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων, οὕτω διηνεκῶς ἐγρηγορὼς ἦν.

Καί τοι γε ἄγγελοι πολλάκις ἐνεχειρίσθησαν ἔθνη διάφορα· ἀλλ' οὐδὲ εἷς αὐτῶν τὸ ἔθνος, ὃ ἐνεπιστεύθη, οὕτως ᾠκονόμησεν, ὡς Παῦλος τὴν οἰκουμένην ἅπασαν.

Καὶ μή μοι λέγε, ὅτι Παῦλος οὐκ ἦν ὁ ταῦτα οἰκονομῶν, [69]) καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμολογῶ· εἰ γὰρ καὶ μὴ αὐτὸς ἦν ὁ ταῦτα ἀνύων, ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐκτὸς ἦν τῶν ἐπὶ τούτοις ἐπαίνων, ἐπειδὴ ἑαυτὸν οὕτω κατεσκεύασεν ἄξιον τῆς τοσαύτης χάριτος. ὁ Μιχαὴλ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐνεχειρίσθη· Παῦλος δὲ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ τὴν ἀοίκητον. καὶ ταῦτα οὐκ ἀγγέλους ὑβρίζων λέγω, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι δυνατὸν ἄνθρωπον ὄντα μετ' ἐκείνων εἶναι, καὶ ἐγγὺς αὐτῶν ἑστάναι.

Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἄγγελοι ταῦτα ἐνεχειρίσθησαν; ἵνα μηδεμίαν ἀπολογίαν ἔχῃς ῥαθυμῶν, μηδὲ εἰς τὴν διαφορὰν τῆς Φύσεως καταφεύγῃς καθεύδων.

Ἄλλως δὲ καὶ θαῦμα μεῖζον ἐγίνετο. πῶς γὰρ οὐ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἀπὸ γλώττης

---

69) Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁμολογῶ] *Aniani* verbis, *hoc enim etiam nos fatemur*, vocem *etiam* ex MS. interieci. — Haec vero *Pauli* cum Angelis et archangelis comparatio, meo quidem iudicio, rectius ab oratore sacro fuisset omissa. — Quae in Latinis uncis inclusi, aberant a MS. et videntur alterius esse adsumen-

fuerit confiteri: nec immerito: siquidem Paulus in terra gradiens sic se agebat in cunctis, quasi Angelorum societate frueretur. Nam, passibili adhuc colligatus corpori, illorum perfectione gaudebat, tantisque fragilitatibus subditus, in nullo inferior supernis virtutibus apparere certabat: nam et tanquam pennatus totum docendo pervolavit orbem, et velut incorporeus labores periculaque contemsit, et, quasi iam coelum possidens, cuncta prorsus terrena despexit, et, tanquam cum ipsis iam incorporeis virtutibus degeret, ita iugi mentis intentione vigilavit.

Et Angelis quidem saepe diversarum gentium cura commissa est; sed nullus illorum ita creditum sibi populum gubernavit, ut Paulus universum gubernavit orbem.

Neque vero dicas, quia haec non perficiebantur a Paulo: hoc enim etiam nos fatemur: sed, etsi ipse non erat qui cuncta complebat, nequaquam tamen ab eorum operum laudibus separabatur, quia utique dignum tantae se gratiae praeparavit, [per quam tam magnifica et gloriosa perficeret.] Michaëli gens commissa est Iudaeorum: Paulo vero terra, ac maria, atque universi orbis habitatio, ipsumque desertum: et hoc non ad iniuriam, quod absit, dicimus Angelorum; sed ostendimus esse possibile illis hominem copulari, iuxtaque illorum merita consistere.

Cuius autem rei gratia non Angelis potius haec praedicationis cura commissa est? ut nullum

---

tum. — Paulo post καὶ ταῦτα οὐκ ἀγγέλους ὑβρίζων λέγω· reddi debuit, ut erat in MS. *et hoc non ad iniuriam — dicimus angelorum*, verbum *dicimus* abest ab Edd. cuius tamen loco *dicemus* legitur in MS.

πηλίνης ἐκπηδῶντα λόγον, θάνατον φυγαδεύειν, ἁμαρτήματα λύειν, πεπηρωμένην διορθοῦν φύσιν, καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι οὐρανόν; Διὰ τοῦτο ἐκπλήττομαι τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν, διὰ ταῦτα θαυμάζω τοῦ Παύλου τὴν προθυμίαν, ὅτι τοσαύτην ὑπεδείξατο χάριν, ὅτι τοιοῦτον παρεσκεύασεν ἑαυτόν. Καὶ ὑμᾶς παρακαλῶ μὴ θαυμάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ μιμεῖσθαι [71]) τὸ ἀρχέτυπον τοῦτο τῆς ἀρετῆς· οὕτω γὰρ δυνησόμεθα τῶν αὐτῶν στεφάνων κοινωνῆσαι ἐκείνῳ. εἰ δὲ θαυμάζεις ἀκούων, ὅτι τὰ αὐτὰ κατορθώσας τῶν αὐτῶν ἐπιτεύξῃ, ἄκουσον αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος· [72]) τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι κύριος ὁ δίκαιος κριτὴς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

Ὁρᾷς, πῶς πάντας εἰς τὴν αὐτὴν κοινωνίαν καλεῖ. ἐπεὶ οὖν ἅπασι πρόκειται τὰ αὐτὰ, πάντες σπουδάσωμεν ἄξιοι γενέσθαι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν. καὶ μὴ μόνον τὸ μέγεθος καὶ τὸν

---

70) Deses invenires] Egregiam istam lectionem suppeditavit MS. In Edd. haec prostant: *ut nullum scilicet excusationis colorem de se inveniret anima negligens, ac ne tu* etc. *Deses* est ῥᾳθυμῶν· hoc cum degenerasset in *de se*, additum fuit *anima negligens*, et scriptum *inveniret:* sic autem leguntur ista in Cod. MS. *ut nullum scilicet excusationis colorem deses inveniret aut negligens.* — Paulo post plura sunt in Latinis; ubi haec sunt Graeca: ἄλλος δὲ καὶ θαῦμα μεῖζον ἐγίνετο.

71) Τὸ ἀρχέτυπον τοῦτο τῆς ἀρετῆς] Primum imaginis *exemplum*, e quo alia essent derivata, sic dixerunt non veteres Attici, sed horum imitatores: genuinus *Thucydidis* imitator αὖ

scilicet excusationis colorem 70) *deses invenires*, ac ne tu ad diversitatem naturae confugeres dormiendo.

Deinde ut tanto etiam maior operum admiratio nasceretur, quanto de natura inferiore procederent. Quomodo enim non admirabile hoc atque improvisum videretur, cum ex terrena lingua sermo prosiliens mortem fugat, peccata dissolvit, tenebras caecitatis illuminat, et mutatione mirifica terram convertit in coelum?

Propter hoc igitur stupeo virtutem Dei; propter hoc admiror promtum animum Pauli, quomodo se talem studuit exhibere, quomodo se tantae gratiae capacem paravit. Vos autem rogo, ut non miremini solum, verum etiam imitemini hoc tam clarum virtutis exemplum; sic namque poterimus coronarum eius esse participes. Quod si aliquis nos dixisse miratur, quia, quicunque habuerit Pauli merita, eadem sit etiam habiturus praemia, ipsum audiat ita dicentem: *certamen*, inquit, *bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi; de caetero reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex, non solum autem mihi, sed et iis qui diligunt adventum eius.*

μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος memoratur a *Luciano* T. II. p. 21. in cuius Prometheo T. I. p. 28. vocem ἀρχέτυπον restituit, qui de illa quaedam notavit, *T. H.*

72) Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠ.] Ex II. Ep. ad *Timoth.* c. IV, 7, 8. — Huic loco subiecta Latina, *vides certe, ut cunctos in eamdem gloriae communionem* vocet, voculam *ut* acceperunt ex Cod. MS. pro vulgata, *quomodo*. — Paulo post absurde legebantur ista velut *Aniani: studeamus omnes esse digni illis bonis, quae promissa sunt inveniri.* Verbum *esse* recte aberat a MS. et vel absque eo eiiciendum, Graeca monstrare debuerant *Chrysostomi*: σπουδάσωμεν ἄξιοι γενέσθαι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν.

ὄγκον τῶν κατορθωμάτων ἴδωμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόνον τῆς προθυμίας, δι' ἧς τοσαύτην ἐπεσπάσατο χάριν, καὶ τὸ τῆς Φύσεως συγγενὲς, τῶν γὰρ αὐτῶν ἡμῖν ἐκοινώνησεν ἁπάντων. καὶ οὕτω καὶ τὰ σφόδρα δυσκατόρθωτα ῥᾴδια ἡμῖν Φανεῖται καὶ κοῦφα, καὶ, τὸν βραχὺν τοῦτον καμόντες χρόνον, τὸν ἀγήρω καὶ ἀθάνατον ἐκεῖνον στέφανον Φοροῦντες διατελέσομεν, χάριτι καὶ Φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Vides certe, ut cunctos in eamdem gloriae communionem vocet? Quia igitur omnibus eadem corona gloriae proposita est, studeamus omnes digni illis bonis, quae promissa sunt, inveniri. Neque solum magnitudinem atque eminentiam in illo debemus considerare virtutum, et promtum illud animi eius atque robustum propositum, per quod ad tantam meruit gratiam pervenire; sed et naturae societatem, per quam et nobis in cunctis ille participat: et sic etiam quae valde sunt ardua nobis facilia videbuntur et levia, brevique hoc tempore laborantes incorruptibilem illam gestabimus atque immortalem coronam, gratia et miscricordia Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria et imperium in secula seculorum. amen.

10765738

XIII.

SCHEDIASMA

SPECIMEN EXHIBENS

ADNOTATIONVM

CRITICARVM

IN

LOCA QVAEDAM LIBRORVM SACRORVM

NOVI FOEDERIS.

10765738

10765738

Ex permultis N. F. locis, in quibus Interpretes Belgae, viri eruditissimi, a lectionibus vulgatarum sua etiam aetate Editionum recesserunt, nonnulla satis erit ad causam obtinendam, speciminis gratia, protulisse: primum exempla nobis Epistola subministrabit *ad Hebraeos*.

In illa cap. VIII, 10, non in Edd. tantum sed et in Codd. collatis ista leguntur: *διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν* eadem quae prostant in Graeca versione *Ierem.* XXXI, 33. — *Piscatorem*, qui suspicabatur scribentum, voce interiecta,

διδοὺς δώσω νόμους μου εἰς τ. δ. α.

sequuti Belgae dederunt:

ick zal Mijne wetten in haer verstandt geven.

ad *Hebr.* c. X, 11, *πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν*·

τῷ ἕστηκε praetulerunt Nostrates *εἱστήκει*· reddiderunt enim:

een yegelijk Priester stondt *wel alle dag dienende:*

genuinam formam *ἕστηκε* servare debuerant, atque interpretari, *staat.* sive, ut tum scribebant, *staet.* cum enim magnifica haec Epistola scriberetur, Hierosolymis cultus adhuc vigebat Leviticus. Interpretes isti, differentiam constantem inter *ἕστηκα, sto,* et *εἱστήκειν, stabam,* observarunt, *ἑστήκασι* reddentes [*zy*] *staen; ἑστήκεισαν,* vel *ἑστήκεσαν,* [*zy*] *stonden: Apocal.* VII, 11, *πάντες οἱ ἄγγελοι*

ἑστήκεσαν (Codd. hic dant formam magis usitatam, ἑστήκεισαν: alteram dederat scriptor) κύκλῳ τοῦ θρόνου. Belgae: *alle de engelen stonden rondom den throon.* dederunt etiam cap. VIII, 2,

de seven Engelen, die voor Godt stonden;

legentes, non nobiscum, τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἑστήκασι· sed, quod Codices hic nonnulli servarunt, ἑστήκεσαν. recte!

ad *Hebr.* X, 34, ista: γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς, καὶ μένουσαν· duabus vocibus e coniectura probabili transpositis, legerunt: — κρείττονα καὶ μένουσαν ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς.

wetende, dat gij hebt in u selven een beter ende blyvende goet in de hemelen.

Ex eadem ad *Hebraeos* Epist. duo loca adiiciam ad priora, quamvis haec paulo diversi sint generis; in quibus, a vulgatis secedentes Editionibus, Codicum tamen auctoritate nituntur.

ad *Hebr.* XI, 4, laudata fide Abelis, ista adduntur: δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται. Codices illic antiquissimi, qui supersunt, (et qui perierunt a Patribus lecti,) praebent λαλεῖ· genuinam procul dubio lectionem: hanc sapienter probantes expresserunt:

door het selve [geloove] *spreeckt hy noch, na dat hij gestorven is.*

Quid hic *Io. Christoph. Wolfius* in Curis Philolog.? „*Per hanc*, inquit, (fidem) etiam *mortuus adhuc loquitur.* Ita recte *Erasmus Schmidius.* Pro λαλεῖται Codices quidam et Patres quoque habent λαλεῖ· — Sed nihil mutatione opus est, cum vel sic *loquendi* notio, in forma scilicet media, verbo constet.“ Adeo verum est, quod de *Wolfio* dixi in Orat. de Crit. p. 308. vix ille Codicum optimas, et sine controversia veras, lectio-

nes admittit, mirificus vulgatarum Edd. patronus. Tanta passim loquitur cum confidentia Hamburgensis iste literator, ac si pueris, Graece saltem ignorantissimis, librum scripsisset, quibus facile decreta persuaderet. Quod hic ponit *Wolfius* ut sine controversia verum, λαλεῖται *formam* esse *mediam*, *cui sua*, quod ait, *constet notio loquendi;* est illud, si quid aliud, falsissimum. Censuit fortasse, cum ὁρᾷν et ὁρᾶσθαι· ἐρευνᾷν et ἐρευνᾶσθαι·. pauca etiam alia promiscue usurpentur, idem esse de plerisque verum: hoc ne quis sibi in animum inducat, certus sit, illud in paucis locum invenire; atque in hanc rem scripta legat ab *Hemsterhusio*, Miscell. Obs. V. T. III. p. 64. ad *Thomam Mag.* in V. Ἀποσκοποῦμαι. ab *Abreschio* Diluc. *Thucyd.* p. 167. *H. Stephano* in Append. Thes. L. Gr. p. 15. 64. 65. aut, si Grammaticum requirit Graecum, *Eustathium* adhibeat in *Hom.* Il. K. p. 727, 7. 10. M. p. 859, 1. Φ. p. 1306, 15. Ψ. p. 1453, 28.

Si legisset iuvenis *Wolfius Aristophanis* Comoedias, errorem haec praecavere potuissent enotata ex Thesmoph. v. 585, ubi πρᾶγμα memoratur,

Ὀλίγῳ τι πρότερον κατ' ἀγορὰν λαλούμενον·

res, (non *quae loquitur*, sed) *quae in ore est omni populo*, ut ait *Terentius*, vel, *paulo ante in foro decantata. Demetrius*, qui dicitur *Phalereus*, π. Ἑρμ. §. LXII, ἅπαξ τοῦ Νιρέως ὀνομασθέντος ἐν τῷ δράματι μεμνήμεθα οὐδὲν ἧττον, ἢ τοῦ Ἀχιλλέως καὶ τοῦ Ὀδυσσέως, καίτοι κατ' ἔπος ἕκαστον λαλουμένων σχεδόν. τὰ λαλούμενα, ὑμνούμενα dicta in *Sophoclis* Aj. v. 293, frequentius Attici vocant θρυλλούμενα. — Quanto sapientiores *Wolfio*, formulae eiusdem Augustanae clari et laboriosi Theologi, *Io. Albertus Benge-*

liius, et nuper etiam *Io. Iacob. Griesbachius*, in suas illud Editiones, iis, quae nostris in oris circumferuntur, multo meliores, receperunt! Nihil aptius hoc in loco a Sacro Scriptore dici potuit de Abele quam: *ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ· etiam mortuus loquitur*, et admonet mortales, ut spem in Deo habeant repositam. *Virgiliana* nota sunt de Theseo ex Aen. VI, 618,

— *magna testatur voce per umbras:*
Discite iustitiam moniti.

haec quoque *Pindari* II. II, 40, *suo apud inferos supplicio* Ἰξίονα Φαντὶ ταῦτα Βροτοῖς λέγειν. minus vero nota quaedam addere lubet, qualia sunt ista *Demosthenis* c. Eubuliden p. 711, (Ed. *Lamb.*) §. 60. ὃς, καὶ τετελευτηκὼς, ὅμως μαρτυρεῖ τοῖς ἔργοις, ἀστὴν ταύτην καὶ πολῖτιν εἶναι. sui saltem *Demosthenis* ista fortasse legerunt *S. Ioannis Chrysost.* in Eutropium, qui, unius Arcadii praesidio ferox, cives homo pessimus ante vexaverat, nunc humilis adstabat oratori sacro ista ad populum dicenti: T. III. p. 383. E. γέγονε τῆς οἰκουμένης θέατρον, καὶ σιγῶν ἐντεῦθεν ἀφίησι φωνὴν, ἅπασι παραινῶν, μὴ ποιῆτε τοιαῦτα, ἵνα μὴ πάθητε τοιαῦτα· quibus vera vis inest oratoria. Primus, opinor, *Aeschylus* in Persis, v. 820, victum ista dicentem fecit Darium:

Θῖνες δὲ νεκρῶν καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
Ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασι βροτῶν,
Ὡς οὐχ ὑπέρφευ θνητὸν ὄντα δεῖ φρονεῖν.

Dum tacent, clamant μὴ φρονεῖν, παρ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ut loquitur *Paulus* Apost. quia nempe:

Sequitur superbos ultor a tergo Deus.

Aeschylea (in quibus ὄμμασι vitiosum videtur) sic Latina fecit *Grotius:*

Aggesta cumulis ossa sine vocis sono,
Documentum ad oculos tertiae sobolis ferent;
Caveant sibi placere mortales nimis.

Herodotus etiam ista Persae dat Artayctae, IX, c. 120, ἐμοὶ σημαίνει ὁ — Πρωτεσίλεως, ὅτι, καὶ τεθνεὼς, — δύναμιν παρὰ θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίννυσθαι· haec etiam *Herodotea* forma verbi debuerat restitui: ad haec accedunt ista quodammodo *Ciceronis* in Or. pro Corn. Balbo, c. XX, *horum, etiam mortuorum, si quisquam huius imperii defensor mori potest, vivet auctoritas immortalis.* — Immortalis vivit etiam Abelis *persuasio*, sive *fides*.

In eiusdem Epist. ad *Hebr.* cap. IX, 1, vocem illinc alienissimam, quam eiecerunt e contextu vulgato *Bengelius*, et *Griesbachius*, Belgae nostri dudum ante iam reiecerant ut spuriam: neque enim his in regionibus per Edd. recepta,

Εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη Σκηνὴ ——

reddi ab ipsis potuerunt:

soo hadde dan wel oock het eerste [verbondt] —

Recte *foedus* hic censuerunt intelligendum; in eiiciendа autem voce Σκηνὴ, *tabernaculi*, Codicum plerorumque nitebantur auctoritate: — — Sed et hoc discatur exemplo, quam saepe nostra nos fallat etiam verisimillima coniectura: una paene litera vitiata millenos illic in errorem induxit: duo Angli, *Thomas Mangey* et *Ier. Marklandus* viderunt, manum Apostoli in voce vulgata ΣΚΗΝΗ latere, commutanda in ΕΚΕΙΝΗ. *Marklandus*, occasione *ει* et *η* permutatarum a librariis, locum profert, et multis monstrat Theologus eximius, *Foederis* illic *primi* mentionem requiri, Coniect. in *Lysiae* Orat. ad pag. Ed. *Taylori* 28. l. 1. Forte fortuna evenit,

ut, quod illi non viderant, ex Codd. collatis unus illud ipsum ἐκείνῃ custodiverit. Vt autem ad talia attendere adsuescant harum rerum studiosi adolescentes, primum adhibeant *Io. Georg. Graevium* ad *Ciceronis* de Amicitia libellum p. 456; deinde spectata similitudine literarum σ et ε, antiquo more scriptarum, simul discant, hunc etiam unum de multis fontem esse, ex quo derivari possint vocum apud veteres in optimis etiam Edd. adhuc vitiatarum emendationes facillimae; quod ne dixisse videar inexpertus, ponam nonnulla, ne Graece quidem Doctis, ut spero, displicitura. *Trillerus*, infelix saepe Criticus, ingeniose tamen in *Aeliani* de N. Anim. XII, c. 34, ἐκείνην convertit in σκηνήν. — In gemmis, in antiquis etiam marmoribus isti prostant harum literarum ductus; ut in his apud *Gruterum* Inscript. p. MCLVIII, 7,

ΕΙ ΜΕ ΦΙΛΟΥΝΤΑ ΦΙΛΕΙC, ΔΙCCΗ ΧΑΡΙC,
ΕΙ ΔΕ ΜΕ ΜΙCΕΙC,

sequentia minus recte *Rigaltius* expressit. Pars elegantis legitur Epigramm. quod in columna lapidea gravi morbo liberatus ex voto dedicavit Aesculapio, p. MLXXIII, 4, in qua ΕΤΗΛΛΗΝ ΛΑΙΝΕΗΝ vulgavit *Gruterus:* vitia ex pronunciatione prava in istis relicta tollentur, si sic emendate scribantur:

Σοὶ, Παιῆον ἄναξ Ἀσκλήπιε, τήνδ᾽ ἀνέθηκεν
Εὐξάμενος στήλην λαϊνέην ὁ Βάλης·
Νούσου ἐπεί μ᾽ ἀκέσω βαρυαλγέος. οὕνεκα τῶν πρὶν,
Ὧν πάθον, ἰαθεὶς ἐκ σέθεν, οἶδα χάριν.

Non nisi Criticus sibi facile persuaderet, ex hac literarum similitudine vocem στηλῶν depravatam in εὔπλων· in *Lysia Taylori* Ed. maioris, p. 478. ubi veram dedit ille lectionem: in ista nempe

voce CTHΛΩN primae tres literae istis fuere mutationibus in has ΕΥΠ saepius obnoxiae: T et Υ in verbis *κροτεῖν* et *κρούειν*. Apud *Hesychium* *Λύματα* in *Ἄτματα* transiisse vidit *T. H.* In *Pindari* verbis apud *Clementem Alex.* Strom. III. p. 586, 2. *λαμπετόωντα* scribendum pro *λαμπευθέντα*. Apud *Plutarchum* T. II. p. 296. E. *Μιξαρχαγέτας* transiit, quod vidit interpres, in *Μιξαρχαγεύας*· illud etiam viderunt, Neptuno iam a Romulo dicatum festum, *Consualia*, sive, Graece scriptam, vocem Romanam *Κωνσυαλίων* in eodem libello mutatam in *Κωνσταλίων*, p. 276. B. Nescio an quis viderit in Opere de Placitis Philos. II. c. 26. p. 891. C. *κατοπτροειδὲς σῶμα Σελήνης*, depravatum in *κατὰ τὸ πυροειδὲς σ. Σ.* Partim viderunt, *Iamblichum*, de V. P. §. 56, scripsisse, *τῆς σαγήνης κατὰ βυθοῦ ἐμφόρτου συρομένης*, non, quod vulgatur, *ἑστρωμένης*. — apud *Diogenem Laërt.* VI, 56, Sinopensis interrogatus, *εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι, πάνυ, εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι.* sic corrigo vulgatum, *πάντ' εἶπεν.* — Qui noverit, literam H in Π saepe mutatam a librariis, forte non animadvertit, e tabula Dorica *Reinesium* dedisse (Inscript. cl. IV. p. 347. v. 82) barbaricum ΑΒΑΠΡΟΥ, ubi nomen scribere debuerant, ΑΒΔΗΡΟΥ, *Abderi.* *Longi* Chloë etiam in Edit. cultissima *Villoisoni* I. p. 9, v. 17, *ἀνθερίκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε.* scrupulum, quem sensit, opinor, vir Eruditiss. in *ποθὲν*, eximam, vere corrigens, *ἠῶθεν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἔπλεκε*, *summo mane egressa*; *ἅμα ἠοῖ*· vel, ut Attici scribebant, *ἅμα ἕῳ*. mea vid. in *Herodot.* p. 657. n. 19. — Sed huc delapsus dare nonnulla debueram, in quibus E et C essent male permutatae: verum talia iam prostant in adnotat. ad *Herodotum* p. 621. b. uni-

cum his addam exemplum: saepe permutantur volae εὖ et σύ. apud *Athenaeum* VII. p. 290. B. istis velut ex Adelphis *Hegesippi*,

Οὔκ· ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς εὗρε —

violentam medicinam facere *Casaubonus* instituit, vocem εὗρε mutans in τέχνης· hoc ipsi venisse suspicor in mentem, cum in *Posidippi* Com. loco legisset IX. p. 377. A. τῆς τέχνης πέρας. quanto mea lenior auferentis unam tantum lineolam: corrigo

Οὔκ· ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς, Σύρε.

Syro, qui ipsum in foro forte conduxerat, quemque vaniloquentia sua dudum offenderat, coquus Atticus respondet: in eiusdem huius ῥήσεως v. 20, *Syri* nomen occurrens mirum est ab errore *Casaubonum* non retraxisse: *Hegesippi* senarii hic etiam emendatius scribi poterunt, quam vulgantur: Syri dictum, et arrogantis coqui responsum, sic arbitror legenda:

Σ. Βέλτιστε, πολλοῖς πολλὰ περὶ μαγειρικῆς
Εἰρημέν' ἐστίν· ἢ λέγων Φαίνου τί μοι
Καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν, ἢ μὴ κόπτε με.
Μ. Οὔκ· ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς, Σύρε,
Εὑρημένον μόνον εἰδέναι νόμιζ' ἐμέ· —
Οὐ γὰρ παρέργως ἔμαθον ἐν ἔτεσιν δυεῖν,
Ἔχων περίζωμ', ἀλλ' ἅπαντα τὸν βίον
Ζητῶν κατὰ μέρη τὴν τέχνην ἐξήτασα.

S. *Multa multis, amice mi, de arte coquinaria iam dicta sunt; aut itaque dic aliquid indictum prioribus, aut obtundere me desine.* Coq. *Non faciam; sed sic, Syre, cogita, artis coquinariae nuper inventae solum me summam habere scientiam:* hoc enim est τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς· ut dicitur τὸ πέρας τοῦ κάλλους· et τῆς τέχνης πέρας· ad quod dictum pauca notat *Casaubonus*. Ita

Suidae verba legenda sunt ex optimo Cod. Leid. Μάρκος Ἀπίκιος — ὡς ἦν ἀσωτείας πέρας, οὐδεὶς ἀντιφήσει.

In Epist. ad *Corinth.* I. c. IX, 10. ὁ ἀλοῶν, (ὀφείλει) τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν, ἐπ' ἐλπίδι.

Sic scripta cum sensum commodum non praeberent, hoc ista modo Nostrates legenda censuerunt: ὁ ἀλοῶν ἐπ' ἐλπίδι (nempe ὀφείλει) τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν. interpretantur enim;

die op hope dorscht [moet] *syner hope deelachtig worden.*

Diversimode quidem in quibusdam Codicibus, in nullo isthoc ordine voces collocantur: potuerant etiam ab illis omitti voces ἐπ' ἐλπίδι, velut adsumentum ex proximis repetitum.

In eiusdem Ep. ad *Cor.* caput XV, hic licebit, opinor, a prioribus diversum quid interponere, et quidem in comma 29, permultis interpretamentis vexatum; nec mirum; nam, οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, nulli sunt, aut unquam fuerunt: unam literam υ in α, T mutabam olim in Γ, enascebantur,

Οἱ βαπτιζόμενοι ΑΠ' ΕΡΓΩΝ νεκρῶν·

mihi quidem erant hi, qui, ante baptismum peccata sua confessi, vetus palliolum reiiciebant, et novum adsumebant, quo se tegerent, pallium Christi: resipiscere scilicet debebant, per aquam lustralem expurgandi, a peccatis, quae, signata loquendi formula, νεκρὰ ἔργα his in Epistolis vocantur: praeter cetera, Epist. ad *Hebr.* c. IX, 14. c. X, 22. sed praesertim conferebam ex Epist. ad *Hebr.* VI, 1, 2. ubi mihi deprehendisse videbar sex capita, quae partem confecerint istius temporis Theologiae:

I. Μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων.
II. Πίστεως ἐπὶ Θεόν.

III. Βαπτισμῶν διδαχῆς.
IV. Ἐπιθέσεως χειρῶν.
V. Ἀναστάσεως νεκρῶν.
VI. Κρίματος αἰωνίου.

hanc autem vim esse arbitrabar sententiae Pauli, πρὸς ἄνθρωπον illic saepius argumentantis: qui putant mortuos in vitam non revocari, quamobrem se praebent baptizandos; cur aqua lustrali fuerunt *ab operibus mortuis expurgati?* quid sibi vult, cui sponte se sua obtulerunt, baptismus, si res illo significata ipsa fuerit falsa? Cum prima vice Frisiis iuvenibus aliisque istam ad Corinthios Epistolam interpretabar, hanc coniecturam periclitatus, duobus mihi amicissimis Theologis paene adprobare potui, velut ipsam *Pauli* scripturam, per multa secula obliteratam, et iam seculo secundo forte vel tertio post C. N. vitiatam. Sed iuvenilem coniecturam si quis sibi sumet quomodocunque refutandam, quod eventurum facile praevideo, illam ego hac aetate minime defendam; atque, ut in multis, hic etiam veritatem nunc arbitror in profundo adhuc latere.

II Epist. ad *Cor.* I, 4 legere licet in Edd. et in Codd.

διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

Vsitata tamen structura requirit, ᾗ παρακαλούμεθα· atque ita legisse Nostrates ista monstrant:

door de vertroostinge, met welcke wij selve van Godt vertroost worden.

ut recte scriptum II Ep. ad *Cor.* VII, 7. τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν. quod ab illis redditum: *door de vertroostinge, met welcke hij over u vertroost is geweest.* Nemo hic, ut spero, abu-

tetur usitatissima Graecorum scribendi consuetudine, qua pronomen relativum ὅς antecedentis etiam casum sequitur.

Sumamus libellum Ἀποκαλύψεως, in cuius fine tanta fuit licentia grassatus *Erasmus;* cuius e Latina versione facta semigraeca nostris adhuc in Edd. circumferuntur; quibus tamen Tubingae *Bengelius* iam ante hos annos quinquaginta genuina substituit ex Codd. MSS.

Apocal. c. XVI, 5, in istis,

ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ὅσιος·

legendum, καὶ ὁ ἐσόμενος, pro ὅσιος, suspicati sunt *Piscator* et *Beza:* vera suspicio visa fuit Belgis Interpretibus; dederunt enim:

die is, ende die was, ende die zyn sal.

Suam, ut puto, coniecturam expresserunt eiusdem

Cap. XVI, 16, ubi Codices MSS. idem exhibent atque Edd.

Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον —

emendantes illi, συνήγαγον, interpretantur:

Ende sy hebbense vergadert in de plaetse, — atque ita profecto scribi debuit ab illo, qui paulo scripserat ante comm. 14, πνεύματα δαιμόνων (vel δαιμονίων) — ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς — συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον.

Apocal. c. VII, 10, Καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες —

Quod est in aliquot Codd. κράζουσι, a *Wetstenio* probatum, in suas receperunt Edd. *Bengelius* et *Griesbachius:* Belgae Nostri correxerunt:

Καὶ ἔκραζον — λέγοντες.

Ende sy riepen met groote stemme, seggende —

Apoc. c. IX, 19, ista,

hare macht is in haren mondt, ende in hare steerten.

ubi tandem in Edd. Graecis harum regionum invenientur ab ipsis reddita: *ende in hare steerten?* alibi tamen terrarum et Tubingae et Halae haec ex MSS. Codd. iam in ipso contextu fuere publicata: Ἡ γὰρ ἐξουσία τῶν ἵππων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἐστι, καὶ ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Addam e pluribus unum huius libelli locum, in quo Codicum non nituntur auctoritate:

Apoc. c. XVII, 5, Βαβυλὼν ἡ μεγάλη dicitur ἡ μήτηρ τῶν πόρνων, et in Edd. et in Codd. — Latinus Interpres, *Babylon*, inquit, *magna*, *mater fornicationum*: legit itaque πορνειῶν· atque ita Nostrates:

de groote Babylon, *de moeder der hoereryen.*

Sed forte quis dixerit libellum istum *Ioannis* esse tenebricosum, atque adeo censeat in hoc libello emendando maiorem quandam libertatem posse concedi. Proferam ex aliis libris Sacris loca, in quibus eadem Versores isti praeclari libertate fuerint usi.

In Evang. *Lucae* c. I, 73, Codd. aeque atque Edd. praebent,

Ὅρκον, ὃν ὤμοσε —

neque dubito, quin id ipsum dederit *Lucas*: *Vitringae* patri venit in mentem, melius fore,

Ὅρκου, ὃν ὤμοσε —

ita scribendum censuerant Belgae; reddunt enim

des eedts, *dien hij* — *gesworen heeft.*

Lucae c. II, 11, Ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος — Belgae:

dat u heden geboren is de salighmaker, *welke is Christus de Heere:*

de salighmaker — de Heere, scribi non potuit nisi ab illo, qui recte viderit, articulo bis posito, legen-

dum ὁ σωτὴρ — et ὁ Κύριος. ex nullo tamen Codice hic articulum nobis enotarunt.

Lucae c. II, 15, οἱ ἄνθρωποι, οἱ ποιμένες, Nostratibus sunt simpliciter,

de herders.

Hoc autem in loco οἱ ἄνθρωποι nostra aetate absurda nobis commenta pepererunt, atque adeo indigna quae a me commemorentur.

Ill. *Grotius* in h. l. „Bene, ait, omiserunt „Syrus et Latinus interpres, οἱ ἄνθρωποι· est enim „πλεονασμὸς ex Hebraismo, ut Matth. VII, 9. „XI, 19. XIII, 45, 52. XVIII, 23. et alibi pas„sim. ἄνθρωποι ποιμένες. אנשים רועי צאן, *viri „pastores ovium*, Genes. XLVI, 32.“ Ista *Grotii* recte refutavit *Io. Vorstius* de Hebr. N. T. c. XIII. quae vero profert ex Graecis Scriptoribus, ut similia formis loquendi Graeciensium in libris N. F. alienissima sunt: hac etiam in parte ne alios memorem, peccavit *Ier. Marklandus* in *Lysiae* P. 484, 1. qui, „Nota,“ inquit, „loquendi for„mula, ἄνθρωπος· ὑπογραμματεὺς, ut ἄνθρω„πος βασιλεὺς Matth. XXII, 2. ita ἄνδρες ἀδελ„φοὶ, *fratres*, Act. XXII, 23. etc.“ — Nusquam in Graecis scriptoribus a *Marklando* fuit lectum de *Rege* ἄνθρωπος βασιλεύς. mirumque adeo est, dum *Lysiam* commentabatur, non vidisse *Marklandum*, in isto *Lysiae* loco, opposite ad Solonem, Themistoclem, Periclem, memoratos, Tisamenum quendam et Nicomachum, per contemptum ab Oratore dici ἀνθρώπους ὑπογραμματέας· alibi etiam vocem ἄνθρωπος in talibus adhibuisse, sed semper in contemptu; de ancillis, meretricibus, atque huius generis mulierculis: p. 93, 8, πόρνης ἀνθρώπου· p. 97, 9, διὰ πόρνην καὶ δούλην ἄνθρωπον — εἰς κίνδυνον καθέστηκα. quam paulo ante

dixerat *θεράπαιναν*, dicit *τὴν ἄνθρωπον Isocrates* p. 381. B. similiter Alcen, mulierculam, quae quaestum fecerat meretricium, designat *Isaeus* p. 58, 20. *Demosthenes* c. Androtion. p. 396. §. 98. *Σινώπην προσενεχύραζε, καὶ Φανοστράτην, ἀνθρώπους πόρνας.* Nusquam apud illos, vel alios scriptores veteres *ἄνθρωπος ἄρχων*, vel *ἄνθρωπος βασιλεὺς*, vel horum quid simile reperietur. Quantum in stylo praesertim sublimiore distant *vir* et *homo*, *ἀνὴρ* et *ἄνθρωπος* (mea vid. in *Herodot.* P. 604.) tam diverso quoque modo in istis adhibentur locutionibus: *piscator* iam ab *Herodoto* dicitur *ἀνὴρ ἁλιεὺς*, III, c. 42. *vates*, *ἀνὴρ μάντις*, VI, c. 83. alia subest ratio, quam vicina monstrabunt, cur *Agathon* in *Aristoph.* Thesmoph. dixerit v. 156, *Χρὴ τὸν ποιητὴν ἄνδρα.* — Ad normam Graecorum, quamvis de quovis illud vate mea sententia non adhibuisset, *Propheta* dictus fuit a *Luca ἀνὴρ προφήτης*, Evang. XXIV, 19. Haec a me scripta sunt, ut saltem iuvenes diversa distinguere discerent; illud praeterea, quicquid huius fuerit generis a Philologis huc collatum, id omne fuisse hinc alienum; neque enim hic dicuntur *ἄνθρωποι ποιμένες*, ut alibi *pastores ἄνδρες βουκόλοι·* sed utraque vox (*οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον πρὸς ἀλλήλους*) exornatur articulo; qui repetitus eandem hic habet vim, qua ponitur ab optimis scriptoribus Atticis: quando *Thucydides* norma censetur Atticismi, hic unum alterumque articuli, ad rem declarandam sic repetiti, nobis praebeat exemplum: L. VIII, c. 77. p. 551, 62, *οἱ δὲ πεμφθέντες ἐς Σάμον, οἱ δέκα πρεσβευταὶ*, *in Samum vero missi, decem* (*nempe*, vel *scilicet*,) *legati* — L. IV, p. 301, 95, *αἱ πόλεις πυνθανόμεναι, αἱ τῶν Ἀθηναίων ὑπήκοοι· cum civitates intelligerent, quae nempe Atheniensium erant*

imperio subiectae. — *Xenophon* K. 'A. V. p. 215, 16, καὶ οἱ ἄνδρες ἀποθνήσκουσι τρεῖς ὄντες, οἱ πρέσβεις, καταλευσθέντες. *et viri, tres numero, nempe legati,* (de quibus ante dixi) *lapidibus obruti moriuntur:* sic ista sunt Latine vertenda. *Aristoph.* in Pace v. 643.

Οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες, ἃς ἔτυπτον, οἱ ξένοι —

Qui vero, quas infligebant civibus demagogi, *videbant plagas, peregrini scilicet, auro studebant illos delinire.*

Haec qui rite spectaverit, non dubitaturum confido, quin ad eamdem rationem scripserit *Lucas:*

Οἱ ἄνθρωποι, οἱ ποιμένες, εἶπον πρὸς ἀλλήλους·

homines, isti nempe pastores (de quibus agere coepi comm. 8.) *dixerunt ad se invicem* —

In usu articuli millenis fuit vicibus peccatum: de duabus vocibus cui praefigatur multum interest: qui ad manum est, exemplum dabit *Thucyd.* IV, c. XIII. ἐς πρώτην τὴν νῆσον *Valla* reddiderat, *in primam insulam:* nomen insulae esse *Proten*, Πρώτην, vidit monuitque *Palmerius: insulam* inter multas *primam*, non πρώτην *v.* quod putabat *Palmer.* sed τὴν πρώτην νῆσον dicerent Graeci. *Homero* licebat a communi norma loquendi secedere, ex. gr. in Il. Φ. v. 317.

Φημὶ γὰρ οὔτε βίην χραισμησέμεν, οὔτε τι εἶδος,
Οὔτε τὰ τεύχεα καλά.

ne hoc quidem ex Od. P, v. 10,

Τὸν ξεῖνον δύστηνον ἄγ' ἐς πόλιν·

dimisit *Eustathius* intactum, monuitque p. 617, 19, positum ἀσυνήθως, pro usitato, τὸν δύστηνον ξεῖ-

νον· ad priorem vero locum p. 1326, 5, ὅρα, ait, τὸ, τὰ τεύχεα καλὰ οὐ συνήθως λεχθέν· τὰ καλὰ γὰρ Φαμὲν τεύχεα· tum addit et ista: ἢ καὶ σὺν δύο, ἄρθροις, τὰ τεύχεα τὰ καλά. cum postremis *Eustathii* conveniunt ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. *Callimachi* ἡ παῖς ἡ κατάκλειστος· ὁ ἥλιος ὁ πολὺς *Porphyrii* apud *Eusebium* Praep. Ev. p. 117. C. Comparari poterunt *H. Stephanus* in Append. Thes. Gr. Ling. p. 177. *Balth. Stolbergius* in Praelect. in Aiacem *Soph.* p. 110. *Raphelius*, Annot. in S. S. I. p. 657. et *Henr. Hoogevenius* ad *Viger.* de Idiot. p. 15. sed ab istis, ἡ γυνὴ ἡ καλὴ similibusque nostrum *Lucaneum* multum distat.

1 Epist. ad *Thess.* cap. III, 3. Timotheum se suum misisse scribit *Paulus*, qui ipsos in fide corroboraret, et consolaretur afflictos:

τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις.

Qui reddiderunt, Belgae,

op dat niemant beweeght en worde in dese verdruckingen:

aliud verbum, pro σαίνεσθαι, et probabiliter σαλεύεσθαι, quod *Bentlejo* quoque videbatur hic reponendum, legendum censuerunt. In II ad *Thess.* II, 2, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς, μήτε θροεῖσθαι — similiter interpretantur: *dat ghy niet haestelick beweeght en wordt van verstandt, ofte verschrickt.* — Verbum Σαίνεσθαι, his scriptoribus prorsus inusitatum, in quamcunque partem vertatur, hunc in sensum, a *Wolfio* fortasse, a Nostratibus accipi non potuit; quos saepe iam vidimus, Codicum auctoritate non munitos, ubi sensus id poscere videbatur, a vulgatis lectionibus recedentes. — Aevum *Pauli*, vel Paulino proximum, si nobis exemplum verbi

subministraret, infimi aevi Graecis notissimi, Σιαίνεσθαι, hoc, vulgatas literas prope accedens, forsan hic videri posset olim positum. — *Io. Iac. Reiskius* in Animadvers. ad *Polybium*, alia ante coniectura super hoc loco proposita, p. 68, „Schedas, ait, denuo perlustranti mihi venit in mentem suspicari, Paulum scripsisse non σαίνεσθαι, „sed σιαίνεσθαι· quod verbum significat *taedio, molestia, aegritudine affici:* — Penes me quidem dubium nullum superest, Paulum dedisse „σιαίνεσθαι, quicquid de huius verbi novitate ad „aetatem Pauli non assurgente possit in contrariam „partem afferri.“ — Σιανθεὶς in duobus tribusve infimi aevi libellis a *du Cangio* fuit inventum; in *Constantini Porphyrog.* opere de Cerimon. Aulae Byzant. quod primus *Reiskius* publicavit, lectum p. 233. C. ἐσιάνθη redditur in Comment. p. 125. *vexatus, aegrimonia affectus, offensus, laesus fuit.* In nota ad *Scholion* in *Lucian.* T. I. p. 372. *Hemsterhusius* verbum illud attigit, ut, recentioris aevi, Σιαίνειν, *fastidium creare;* Σιαίνεσθαι, *fastidire, aversari;* quod ex Σιχαίνειν fuerit corruptum: in *Scholiis* ad *Aristoph.* Ranas v. 442. idem ille vocem non Graecam συγχανθέντες emendabat in Σιχανθέντες· rarissimum verbum aliquoties adhibuit mirus interpres Ant. Foed. *Aquila, Genes.* XXVII, 46, *Iesaiae* VII, 16 etc. nec *Symmachum*, sed *Aquilam* scripsisse suspicor τὰ σίχχη, *Ezech.* XX. 7. a Σιχὸς, quod duobus exemplis munivit *Toupius* Emend. in *Suid.* III. p. 128. formata nusquam adnotata sunt Σιχότης, Ἄσιχος, et Ἀσιχότατον· quorum illud est apud *Eustath.* in Il. Ξ. p. 959, 5. hoc apud *Plutarchum* T. I. p. 49. F. T. II. p. 132. B. *vinum* esse dicitur ὄψων ἀσιχότατον. —

Quam vero secundis curis retractatam illic reii-

cit, altera *Reiskii* coniectnra, qua ne litera quidem mutatur, non dubito quin multis placuerit, ut docte excogitata, et fortasse pristinam nobis dans *Pauli* manum: „videbatur, inquit, aliquando (pro „μηδένα σαίνεσθαι) legendum esse

„μηδὲν ἀσαίνεσθαι·

„*ne taedium et impatientia doloris atque molestiae „vestros capiat animos;* in his malis ne stomache„mini, ne animum despondeatis ob diuturnitatem „et magnitudinem vexationum.“ Is sensus et verbo convenit Ἀσᾶσθαι, et, quod fatendum est, loco *Pauli.* Ἄση et Ἀσᾶσθαι, (Ἀσέεσθαι Ionice pronunciatum) vetera sunt et optimae notae; frequentantur ista ab *Hippocrate* praesertim; in cuius scriptis quam diversis usibus inserviant, docuit *Foesius* in Oecon. Ἄση, pr. *fastidium* significans *ex nimia satietate* ortum, ab alio forte nullo scriptore toties adhibetur, quam a Iudaeo *Philone*, qui *Paulo* certe fuit aetate proximus: ab illo voces, *taedium* atque *angorem animi* significantes, cum ἄση iunguntur: p. 179. C. ἐν ἀηδίᾳ καὶ ἄσῃ· p. 173. B. *corpus morbo grave* ἄσης καὶ ἀδημονίας αὐτὸν ἐνέπλησεν. similiter ista iungit p. 539. C. p. 621. A. huc adde quae *Piersonus* collegit ad *Moerin Attic.* p. 60. Quam illic profert ex *Olympiodori* Comm. inedito, dare potuerat ex dudum edito *Eustathii* in *Hom.* Il. I. p. 635, 14. paulo etiam meliorem, in *Eurip.* Med. v. 245 lectionem,

ἔπαυσε καρδίαν ἄσης·

quam, sive illinc sumptam, seu e Codice MS. exhibet elegantissima *Brunckii*, viri eximii, Editio. Ἀσᾶσθαι et ἀσηθῆναι hic illic occurrunt perperam σ duplicato scripta, ut in *Plutarchi* T. II. p. 918. C. ἄσσεσθαι, et in Edd. *Hippocratis* et *Aretaei*: recte vidit *Piersonus*, in horum scriptis Ionicam esse

formam, in *ἄσσεσθαι* latentem, *Ἀσέεσθαι* restituendam. Ista forma verborum in *άω*, Ionica multos fefellit, Lexicorum quidem conditores, cum nobis dant ut novum verbum ex *Herod.* *Ἀρτέομαι. Πλανέονται· κοιμέονται· χρέονται· διαχρέονται·* et horum similia prostant apud *Herodotum*; cui *ἀτξέονται* restituendum est L. II. c. 66. p. 135, 4. *κτείναντες μέντοι, οὐ πατέονται·* male *Wesselingius* et ego ultimum illud probasse videmur: quod olim placebat, nunc dubio paene vacuum videtur, leniter illic corrigendum, *κτείναντες μέντοι οὔτι ἀτέονται*, felium foetus *qui occiderunt, nullum tamen illinc damnum patiuntur*; cum contra aliorum illic animantium interfectores morte mulctentur. esse et illud *οὔτι* in talibus *Herodoteum*, monstrabunt in Ed. *Gronov.* p. 281, 3. 20. p. 368, 17. p. 427, 25. — *Noceo*, *damnum infero* dicebatur *ἀτάω* et *ἀταίνω·* ut erant huius generis multa in usu sub duplici forma: *περάω*, et *περαίνω· ῥυπάω*, et *ῥυπαίνω· κ. τ. λ.* — In hanc classem cui placuerit referre verbum *Ἀσάω*, *Ἀσαίνω·* vix dubito, quin sit arbitraturus, pro *μηδένα σαίνεσθαι*, scripsisse *Paulum*, *μηδὲν ἀσαίνεσθαι·* cum alias etiam, in Cilicia natus, formas verborum adhibeat, quas vix alibi reperias.

Nunc ex iis etiam locis, quae Nostrates ex Codicibus MSS. emendarunt, aut suppleverunt, pauca proponam:

Marci XV, 3.

d'Overpriesters beschuldighden hem van vele [saken]: *maer hy en antwoordde niets.*

Vulgatarum Editionum defensores, postrema ubi tandem in vestris reperietis *αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο*; quae in quibusdam Codd. lecta Nostratibus genuina videbantur.

Ad alteram classem locus a me referri potuisset ex Epist. *Iacobi* c. IV, 2. ubi legitur in Edd. non tantum, sed in omnibus etiam, quotquot adhibiti fuere, Codd.

Ἐπιθυμεῖτε, καὶ οὐκ ἔχετε· φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, καὶ οὐ δύνασθε ἐπιτυχεῖν.

B. *Gij begeert, ende en hebt niet, gij benijdet, ende yvert* [na dingen,] *ende en kundtse niet verkrijgen.* —

Argutus aliquis sophista si potest in aliis locis verba profundere, et suo quodam modulo disputare, hic tamen persuadere sibi non poterit, Φονεύετε, *occiditis*, reddi potuisse, *gij benijdet.* — *Erasmo*, Φθονεῖτε corrigenti, adstipulatur *Beza: Erasmi* quoque coniecturam Nostrates probarunt; non certe talem, ut velut dubio vacuam ausus illam fuissem in contextum immittere. Non dubitanter *Io. Pricaeus*, „ego, inquit, haec dicta accipio pro „Φθονοῦντες ζηλοῦτε· non dnbitem ideo verte„re, *invidendo ardetis.*“ Quid vero sacrorum Interpretum Illustrissimus? „sunt, inquit, qui le„gunt Φθονεῖτε· non male; nisi quis malit Φο„νᾶτε· saevitis alii in alios; et felicibus invide„tis, et tamen ad eorum felicitatem (vitam tran„quillam) pertingere non potestis.“

Vi suae formae Φονῶ significat Φονεύειν ἐπιθυμῶ· vel, ut loqui solent in talibus Grammatici, τοῦ Φονεύειν ἐπιθυμητικῶς ἔχω. — Scriptoribus nostris sacris, Iudaeis etiam Graecicnsibus prorsus inusitatum, ex veteribus Atticis neminem novi, qui verbum illud adhibuerit, praeter unum *Sophoclem*, qui, ut est novator, illud posuit pro θανατᾶν, *mortem desiderare*, in Philoct. v. 1205.

Φονᾷ, Φονᾷ νόος ὅδε.

Florens Christ. Mori, mori iam anima optat. Suo legitur significatu apud *Suidam* in Φονᾷν· — *pater filiam* διώκει Φονῶν, καὶ ἀποκτεῖναι γλιχόμενος. — in v. Φονῶντες· οἱ δὲ λεόντειον (λεοντηδὸν *Aelianus* etiam alibi scribit) ἐβρυχῶντο Φονῶντες. praeter alia, forte centum, sine Auctoris nomine prolata fragmina, haec quoque sunt ex *Aeliani* libello perdito περὶ Προνοίας. — *Aelianus* in V. Hist. II, c. XLIV, de pictura quadam agens Theonis, miles, ait, γυμνὸν ἐπισείει τὸ ξίφος, Φονῶντι ἐοικὼς καὶ σφάττειν βλέπων. corrigo, σφαγὴν βλέπων. quod idem est ac φόνια δερκόμενος *Aeschyli; torva tuentem* dixeris cum *Virgilio*: κάρδαμα βλέπειν, et σκύτη βλέπειν plebeiae sunt, paene proverbiales, praeter alias huius generis permultas, formulae in *Aristoph.* Vesp. v. 453. 641. — Idem *Aelianus* V. H. III. c. IX, in fine scripsit, τῷ ἐξ Ἄρεως καὶ Ἔρωτος Φονῶντι. — in L. XII. de Nat. An. c. XLIV, initio, captus elephas Indus iam robustus mansuefieri vix potest, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ποθῶν Φονᾷ. — idem illud Φονᾷν bis terve *Philostratus* etiam adhibuit. Amabant id genus Sophistae talia frequenti usu tere-re, quae uno nonnunquam in loco legerant Scriptoris Attici. — Putidi quoque novatores confingebant; qualia sunt Lexiphanis *Lucianei*, — quae tamen in Comoedia forte locum invenerunt, T. II. p. 320, Λουτιῶ, *lavaturio*; p. 326, τὰ ὄμματά μοι Φαρμαχᾷ. (*Eustathius* in *Hom.* Od. A. p. 54, 19 attigit.) p. 337, §. 15, ἐμοὶ ἡ γλῶττα ἤδη λογᾷ. *Macrobius* Saturn. VII. c. II, *milites*, — *fortiter a se facta semper dicturiunt.*

Eiusdem generis est in *Luciani* Pseudol. T. III. p. 180, Ἀθηνιῶ· cuius illic adiectum legitur interpretamentum, τὸ Ἀθηνῶν ἐπιθυμῶ. — Vt has literas rite tractaturi iuvenes ad talia etiam atten-

dere discant, de hoc genere quaedam adiiciam: sciant itaque apud antiquissimos Scriptores verba huius formae *desiderativa* pauca reperiri, quae tamen in vita quotidiana frequenter adhibita fuisse monstrare poterit *Aristophanes*. Nihil horum dabit *Herodotus*; nihil *Thucydides*, cui huius significatus verba in *εἰω* placuerunt. — Vnum forte *Στρατηγιῶν* est in *Xenophontis* K. 'A. VII. p. 233, 6. Nihil tale, quod ego meminerim, apud ullum legitur Oratorum veterum: quod enim velut *Andocidae* prostat in Lexicis, *Ψευδομαρτυριᾶν*, cum centenis aliis in istis libris vitiosum est: apud *Andocidem* p. 2, 3, *ἐάλωσαν — ψευδομαρτυριῶντες*· quamvis legatur etiam in Or. *Isaei* IV. p. 52, 14. mutandum est in *ψευδομαρτυροῦντες*. sive potius, signata in talibus locutione, *ἐάλωσαν — ψευδομαρτυριῶν*. sic quivis loquuntur Oratores, *Lysias* p. 182, 7. *Isaeus* p. 51, 40. *Demosthenes*, ceterique. — *Archytae* Epistola praebet *μένοντί τε καὶ ἀφορμιῶντι*, *Laërt.* III, 22. — Vnus multo plura dabit huius generis *Aristophanes*, Pluti v. 1025. 1100. Nub. v. 185. v. 1390. Ran. v. 484. v. 519. v. 1313. Vesp. v. 803. Eq. v. 61. Pace v. 1210. quo respicit *Photius* in Lex. *Λοφᾶν, λόφου ἐπιθυμεῖν· οὕτως Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ*. Quibus opus erat helleboro, in *Calliae* quadam Comoedia dicebantur *Ἑλλεβοριᾶν*· *Etymologici M.* auctor p. 331, 29. *Ἑλλ. τὸ ἐλλεβόρου δεῖσθαι ὡς Φαρμάκου· οὕτω Καλλίας*. talia sunt *ὑδεριᾶν*, *σπληνιᾶν· χαλαζᾶν·* (*Schol.* ad *Ar.* Eἰρ. v. 1210.) *ὀφθαλμιᾶν· pristinum oculorum usum desiderare.* Haec ferme tantum reperiuntur apud veteres.

In Evang. *Lucae* c. V, 7,

sij — vulden beijde de schepen, soo dat sy byna soncken.

In Graecis exemplaribus inveniuntur ista: ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά. neque aliter ediderunt *Io. Millius*, *Kusterus*, *Io. Iac. Wetstenius*, *Bengelius*, *Griesbachius*: hic tamen, ut lectionem minus probabilem, memorat hanc, quam duo tantum praebent Codices Graeci,

ὥστε παρά τι βυθίζεσθαι αὐτά.

Latinus dat id ipsum interpres:

impleverunt ambas naviculas ita ut pene mergerentur.

Sic satis pro imperio *Beza*, cum edidisset, ὥστε παρά τι βυθίζεσθαι αὐτά. „Hoc, ait, adiecimus Graeco contextui, quod Syrus interpres „habet, et iu vetustissimo Codice meo, et alio „praeterea MS. inveni:“ — Sed duo Codices reliquis, opinor, omnibus non anteponentur in admittendo adsumento, quod nullius est usus. Neminem, qui ad sermonem gentium diversarum quotidianum attendit, ista talia offendunt. — Quod praecessit, διερρήγνυτο τὸ δίκτυον αὐτῶν, unusquisque facile intelligat, ac si scriptum esset, μικροῦ ἐδέησε τὸ δίκτυον διαρρήγνυσθαι. prout loquuntur Attici. — Est autem παρά τι prorsus idem ac παρ᾽ ὀλίγον, quod et hic ex uno fuit Cod. adnotatum a *Millio*, et παρὰ μικρόν. *Luciani* Prometheus T. I. p. 23, 6, Φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλὸς, οἷος ἐκ τριόδου, βόρβορός τις παρὰ μικρόν· *coenum propemodum. vulpem praevertere* παρ᾽ ὀλίγον, et παρ᾽ ἓν μόνον βῆμα dixit *Dion Chrysost.* Or. IX. p. 141. D. ubi Dionysius a *Diodoro Siculo* XIV, c. 100. p. 719. dicitur ἐπὶ πεντήρους πλέων, καὶ πολλάκις παρ᾽ ὀλίγον ἐλθὼν ὑποβρύχιος: nonnulla *Wesselingius* V. C. adscripsit.

In *Lucae* c. VI, 9,

Ick fal u vragen: wat is geoorloft op de sabbathen, goet te doen, of quaet te doen.

In Edd. hic vulgatis legimus:

Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· Ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι;

quae reddi potuerant:

Ik zal u iets vragen: is het geoorloofd op de sabbaten goed, of kwaad te doen?

Non aliter *Io. Millius* et *Io. Iac. Wetstenius*; sed *Bengelius* et *Griesbachius* ediderunt: Τί ἔξεστι — In uno alterove Cod. scriptum, εἰ ἔξεστι — equidem suspicor hic locum invenire posse, sed ita, ut simul τι sua sede relinquatur, *Lucam* scripsisse ratus:

Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τι· εἰ ἔξεστι —

nullus enim dubito, quin τι pertineat ad ἐπερωτήσω. dici quoque potuerat ἔν τι, vel, more scribendi Graeciensium, ἕνα λόγον. in Evang. *Matth.* c. XXI, 24. ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα· totidem verba, sed ἕνα λόγον, dant *Lucas* in Evang. c. XX, 3. et *Marcus* Ev. c. XI, 29. *Quaestionem alicui proponere* dicebant ἐρωτᾶν τί τινα· vel ἕνα λόγον. In eumdem paene sensum ab illis scribi potuisset, ἐρωτήσω ὑμᾶς ἕν ῥῆμα· *aliquid* vel *super re quadam vos interrogabo.* Illud εἷς, pro usitato τὶς, sic aliquoties occurrit in Evang. *Matthaei:* c. VIII. v. 19, προσελθὼν εἷς γραμματεὺς εἶπεν αὐτῷ — ubi idem dictum memorat *Lucas*, Ev. c. IX, 57, εἶπέ τις πρὸς αὐτόν· neque adeo probanda Codicum lectio τὶς, vel εἷς τις, ubi scripserat *Matthaeus*, quod vulgatur, c. XIX, 16, ἰδοὺ εἷς προσελθὼν εἶπεν αὐτῷ. vocem ἄνθρωπος in hunc etiam sensum adhibuit, secundum Interpretes

Belgas, *Matth.* c. XVIII, 23. ἀνθρώπῳ βασιλεῖ reddentes: *bij een seker koninck.* Εἴς τις a Graecis frequenter, a *Sophocle* dicitur et τὶς εἷς, in Antig. v. 275. in Oed. T. 255. — Pro *quidam* autem Graecos Εἷς dixisse nonnunquam, Latinos *Vnus*, negari quidem non potest: vid. *Io. Pricaeus* in *Matthaei* Ev. c. VIII, 19. *Berglerus* in *Alciphr.* p. 15. *P. Burmannus* in *Ovid.* Her. Ep. XV, v. 162. etc. sed saepe tamen certa quaedam subest ratio, cur ab usu nonnihil recedant. — Isthoc in loco *Lucae* cum praecesserat τὶ, facile sequens Εἰ ab ista vocula potuit elidi: scripserit autem, me iudice, suo more in interrogatione, εἰ ἔξεστι; *Evang.* XIV, 3, interrogat Iesus Iuris peritos et Pharisaeos, εἰ ἔξεστι τῷ σαββάτῳ θεραπεύειν; *Act. Apost.* c. XXI, 37, Paulus λέγει τῷ Χιλιάρχῳ, εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι πρός σε. hanc vero in rem plura iam conduxit Eruditissimus *Henr. Hoogeveenius* in laboriosa Doctrina Partic. T. I. p. 527.

In I Epist. *Petri* c. I, 8.

Ὃν οὐκ εἰδότες ἀγαπᾶτε·

reddi ab ipsis non potuit,

Den welcken gij niet gesien en hebt, ende [nochtans] *lief hebt.*

sed sic ista transferri debuerant:

Den welken Gyl. niet gekend hebbende bemint.

Bezam iterum sequuti legerunt ἰδόντες· qui in hunc locum scribit: „Οὐκ ἰδόντες. sic restituo ex „MS. bonae fidei Cod. adstipulante Vetere Latino „interprete.“ — Hic etiam a *Beza* dissentientes, εἰδότες retinuerunt *Millius*, *Wetstenius*, *Bengelius*; alterum tamen commemorantes, ut in Codd. nonnullis lectum. — Quamvis autem eodem de fonte manent ista duo, distinguuntur tamen usu, in

Linguis tyrannidem exercente, cui nobis etiam Phileleutheris est obtemperandum.

In Evang. *Marci* c. VIII, 24, caecus, ubi visum recuperasset, dixisse traditur,

Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας·

in vernacula nobis Versione,

Ick sie de menschen, want ik siese als boomen, wandelen.

Quae vulgantur Graeca, nihil utique aliud nobis significant, nisi

Ik zie de menschen, als boomen, wandelende.

In multis vero Codd. ista leguntur:

Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ, περιπατοῦντας.

hoc, ab *Erasmo* probatum, in suarum Editionum secundam recepit *Beza;* in quartae vero Edit. adnotationibus alteram lectionem, qua ὅτι — ὁρῶ omittuntur, genuinam declarat; illud praeterea, cur Graeca reddiderit, *instar arborum, ambulantes:* Belgis, in altera lectione probanda, suffragantur *Millius*, *Wetstenius*, *Bengelius* aliique.

In Ev. *Marci* c. XI, 32,

Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν· Ἐξ ἀνθρώπων· ἐφοβοῦντο τὸν λαόν.

postrema non significant, ut Belgae dederunt:

(*Maer indien wy seggen, Uit de menschen*) *so vreesen wij het volck.*

legerunt scilicet φοβούμεθα· quod in paucis Codd. repertum Editores reiecerunt recentiores. Ex Codicibus MSS., praeter alia, haec etiam loca Belgae censuerunt Interpretes emendanda:

in Evang. *Lucae* c. XIII, 25.
— — — c. XVI, 9.
— — — c. XIX, 47.
— — *Iohannis* c. XVII, 25.
in *Lucae* Act. Apost. c. X, 22.
in *Pauli* Ep. ad Rom. c. V, 11.

Quod sumseram demonstrandum sic opinor clarissimis exemplis probatum, ut qui hoc legerit Schediasma neminem hac de re putem amplius dubitaturum; atque ita videri poteram praestitisse, quod facturum me fueram pollicitus.

Quando vero hac tempestate plerique aequi sunt harum rerum iudices, et per hosce dies aliquot Libri nostri sacri me tenuerunt occupatum, necdum illos de manibus deponam; sed in gratiam eorum, qui hoc genere delectantur, in alia quaedam loca coniecturas proponam et animadversiones a Philologis examinandas.

In Ev. *Matth.* c. XXVIII, 17.

Ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν.

Saepe breviloquum, in re tamen nonnullius momenti *Matthaeum* mirarer verbis aliquot parcere maluisse, quam, quid hic significatum vellet, paulo plenius nobis declarare. Non negari quidem potest, *οἱ δὲ*, pro *τινὲς δὲ*, hic illic positum, etiam ubi *οἱ μὲν* nostris in exemplaribus non praecedit. Hoc vero loco, quem duae voculae omissae prorsus obscurassent, scripsisse potius videtur:

Ἰδόντες αὐτὸν [οἱ μὲν] προσεκύνησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίστασαν.

Omitti hic quoque potuerat ab alio pronomen αὐτῷ, non a *Matthaeo*, qui hoc semper modo verbum adhibuit προσκυνῆσαι. Sed vellem certo sciremus, scripserintne *οἱ δὲ ἐδίστασαν*· an aliud;

praeterea, si verbum hic, ut c. XIV, 31, quod verum arbitror, *Διστάζειν* adhibuit, qua tandem illud ratione voluerit acceptum. Simul atque Iesum in monte viderent Galilaeae, *προσεκύνησαν αὐτῷ*· quinam tandem? an *undecim* viri? *οἱ ἕνδεκα*, §. 16. Non omnes; addidit enim: *οἱ δὲ ἐδίστασαν*· et qua de re dubitarunt? *πότερον εἰ, ὃν εἶδον, οὕτως αὐτὸς ἦν Ἰησοῦς, ἢ ἄλλος*; an alia mentem quorumdam de his subiit dubitatio? haec nempe: *πότερον, ὃν πρὶν οὐδέπω προσεκύνησαν, νῦν ἤδη προσκυνεῖν ἔδει.* — In quinta sive ultima Editione sua N. F. multa verba profundit *Beza*, ut persuadeat Lectori, nostrorum exemplarium, etiam MSS. vitiosam esse lectionem; ac tandem, „Mihi, „ait, verisimile est, potius scripsisse Evangelistam, „*οὐδὲ ἐδίστασαν*, id est, *neque dubitarunt*, ut „intelligamus, tum demum Christum fuisse ab „omnibus illis XI, omni dubitatione sublata, summo consensu agnitum et adoratum.“ Hanc mutationem, qua nodum secare tentavit *Beza*, neminem novi qui probaverit; qui publice reiecerint, praeter *Io. Iac. Wetstenium*, plures. — Theologus, harum Literarum peritus, me rogavit aliquando, putaremne hic, pro *ἐδίστασαν*, scribi posse *διέστησαν*, et Latine reddi, *a reliquis stabant remoti*; cui interpretationi favere quae proxima sequuntur arbitrabatur: *Καὶ προσελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησεν αὐτοῖς* — ego vero *Lucanéum*, *διέστη ἀπ' αὐτῶν*, illinc dicebam longe diversum, quaeque proferri a me possent ad *διέστη* et *διέστησαν*, pauca quaedam exempla veterum nihil tamen facere ad hunc *Matthaei* locum: hinc etiam multum distant, in quibus tamen, ut hic, *οἱ δὲ* sunt *τινὲς δὲ*, *Xenophontea* K. 'A. I. p. 153, 7, *οἱ δὲ καὶ*, *ἔστασαν ἀπορροῦντες τῷ πράγματι.*

In Ev. *Marci* c. III, 21,

Ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν· ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη.

Sic verba vulgata nativo videntur situ collocanda: Οἱ *παρ' αὐτοῦ, ἀκούσαντες λέγοντας* (huc enim redit *ἔλεγον γὰρ*) *ὅτι ἐξέστη, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν.* Quinam vero erant absurdi isti *λέγοντες, ὅτι ἐξέστη*; illi ipsi, ni fallor, qui memorantur in proximis: *οἱ γραμματεῖς οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες*, (hi enim) *ἔλεγον· ὅτι Βεελζεβοὺλ ἔχει κ. τ. λ.* Ab his utique erant diversissimi, qui ad illum comprehendendum exierant, (*οἱ*) *ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν.* sed hi quales fuerunt, et qua dici ratione potuerunt *οἱ παρ' αὐτοῦ*; — mihi, fateor, olim fuerat etiam visum, usitato more loquendi scripsisse *Marcum*, quod in uno saltem Codicum fuit inventum: *Καὶ ἀκούσαντες περὶ αὐτοῦ ἐξῆλθον·* — sed manebat, hoc etiam admisso, tamen incertum, quinam essent illi *ἀκούσαντες.* qua de re Christianos etiam veteres dubitasse monstrat *Scholion* ex Codice scripto hic a *Wetstenio* publicatum: *τίνες δὲ οἱ ἀκούσαντες, ἢ πόθεν ἐξῆλθον, οὐ σαφῶς διηγήσατο ὁ Εὐαγγελιστής·* suam tum coniecturam Auctor istius adnotationis expromit: *νομίζω οὖν περὶ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων λέγειν.* Qui hoc Scholion probabiliter legerat, nodum, difficulter solvendum, secandum censuit *Io. Toup.* Em. in *Suid.* I. p. 143. Suo more praefatus, *Marci verba, quod nemo vidit, corrupta* esse *et mutila*, mutila supplenda hunc in modum paulo iam modestius proponit: *Καὶ ἀκούσαντες οἱ Φαρισαῖοι περὶ αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν·* — sed, amore mox filiolae abreptus *Toupius*, vix ulla, ait, „vix ulla, opinor, poterit esse dubitatio, quin hunc locum, qui pene conclamatus „fuerat, recte restituerimus.“ Ego vero ne dubito quidem, quin ista, nulla Codicum, vel versionum,

vel Patrum auctoritate munita, supplendi vel emendandi ratio violenta, non Philologis tantum sacris, sed quibuscunque sit Criticis displicitura. — Nihil hic omnino mutandum est. Non ab usu tantum Graecorum veterum, sed et ceterorum Novi Foederis Scriptorum multum distat stylus *Marci*. Scriptoribus Graecis *οἱ παρ' αὐτοῦ* essent *οἱ παρ' αὐτοῦ πεμφθέντες*, eximie *πρέσβεις· οἱ παρ' αὐτοῦ ἐπιστολαὶ*, *Literae sunt ab ipso missae; οἱ παρὰ Μεγαβάζου*, *a Megabazo missi*, restitutum *Libanio* a *T. H.* in *Luciani* Timon. p. 134. B. Apud *Lysiam* p. 255, *οἱ παρὰ Λακεδαιμονίων ἥκοντες*, sunt *legati a Laced. missi: οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις Demostheni* p. 13, §. 17. recte vidit *Sylburg.* scribendum apud *Pausan.* IX. p. 788, *τοὺς παρὰ 'Αγαμέμνονος πρέσβεις. Aristoph.* Ach. v. 61. ubi v. 134, *Προσίτω θεωρὸς ὁ παρὰ Σιτάλκους.* Scripsisse suspicor *Aeschinem* c. Ctes. p. 62. §. 57, *σπείσασθαι τῷ κήρυκι τῷ παρὰ τοῦ Φιλίππου, καὶ τοῖς πρέσβεσι.* Huius generis sunt e Graecis expressa Latina: *literae ab Annibale*, *Livii* XXIII, c. 34. *legationes a Regibus* in Orat. *C. Gracchii* apud *A. Gellium* N. A. XI. c. X. *Legati ab Alexandro*, *Ciceronis* Tusc. V, c. 32. *a Pyrrho perfuga* de Off. I, c. XIII. *perfuga ab eo venit*, III. c. XXII. Sic scribere solent Graeci; neque ista deberent in alium sensum detorqueri. Optime primum *Io. Boisius* in Collat. Vet. Interpr. cum *Beza*: „Οἱ παρ' αὐτοῦ, ait, id est *οἱ οἰκεῖοι καὶ προσήκοντες*, quibus furiosi tradi solent.“ Exempla, quae eam in rem adfert *Boisius*, praeter unum *Marci* (c. V, 26,) sunt aliena. Οἱ *παρ' αὐτοῦ Marco* sunt, qui dicerentur a Graecis *οἱ αὐτοῦ*· ut *sui* dicuntur *οἱ ἑαυτοῦ*. elegantioribus etiam dicti *οἱ πρὸς αἵματος*· non tantum *συγγενεῖς* et *οἰκεῖοι*, sed et *proximo sanguinis nexu iuncti*, *parentes*,

fratres; quales hic in censum veniunt: duo loca sufficient *Platonis* e Menexeno T. II. p. 237. A. πόθεν ἂν ὀρθῶς ἀρξαίμεθα ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες; οἳ ζῶντες τοὺς ἑαυτῶν εὔφραινον δι' ἀρετήν. per τοὺς ἑαυτῶν intelligi voluit *Plato*, quorum paulo ante meminerat, ἐκγόνους καὶ ἀδελφοὺς, — πατέρας καὶ μητέρας, καὶ εἴ τινες τῶν ἄνωθεν ἔτι προγόνων λείπονται. in ead. Orat. p. 246. D. ἡγούμενοι, ait, τῷ τοὺς αὑτοῦ αἰσχύνοντι ἀβίωτον εἶναι. *suo generi infamiam inferenti vitam non esse vitalem.* Idem *Plato bona sua* dixit τὰ ἑαυτοῦ· in Epist. VII. p. 346. B. ἀπολαβεῖν τὰ ἑαυτοῦ· et μηδὲν ἀποδοὺς τῶν Δίωνος (nempe χρημάτων) p. 348. A. *Sophoclis* Neoptolemus in Philoct. v. 362,

Τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν τοῦ πατρὸς, τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.

Marcus vero, cui quicunque ad genus alicuius pertinent, (οἱ αὐτοῦ Graecis) dicuntur οἱ παρ' αὐτοῦ, *bona eius* dixisset τὰ παρ' αὐτοῦ· nam in eius Evang. c. V, 26, mulier per annos duodecim aegrota, quae in medicos quicquid habebat bonorum impenderat, dicitur δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα. ubi correctores illud παρὰ sustulerunt, in nonnullis Codd. omissum, recte in plerisque conservatum. Vbi vero de vidua loquitur *Lucas* pauperula, Ev. c. XXI, 4. ἅπαντα, dicit, τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλεν. atque hinc *Marcus* Ev. c. XII, 44, de eadem illa: πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς. — Cum iam *Marci* loquendi forma *parentes et fratres* etiam complectatur; penes me dubium nullum est, quin hoc *Marci* dictum,

Ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτὸν,

de *Matre* et *Fratribus* Iesu, post pauca interiecta

vel Patrum auctoritate munita, supplendi vel emendandi ratio violenta, non Philologis tantum sacris, sed quibuscunque sit Criticis displicitura. — Nihil hic omnino mutandum est. Non ab usu tantum Graecorum veterum, sed et ceterorum Novi Foederis Scriptorum multum distat stylus *Marci*. Scriptoribus Graecis *οἱ παρ' αὐτοῦ* essent *οἱ παρ' αὐτοῦ πεμφθέντες*, eximie *πρέσβεις· οἱ παρ' αὐτοῦ ἐπιστολαὶ*, *Literae sunt ab ipso missae; οἱ παρὰ Μεγαβάζου*, *a Megabazo missi*, restitutum *Libanio* a *T. H.* in *Luciani* Timon. p. 134. B. Apud *Lysiam* p. 255, *οἱ παρὰ Λακεδαιμονίων ἥκοντες*, sunt *legati a Laced. missi: οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις Demostheni* p. 13, §. 17. recte vidit *Sylburg.* scribendum apud *Pausan.* IX. p. 788, *τοὺς παρὰ 'Αγαμέμνονος πρέσβεις. Aristoph.* Ach. v. 61. ubi v. 134, *Προσίτω θεωρὸς ὁ παρὰ Σιτάλκους.* Scripsisse suspicor *Aeschinem* c. Ctes. p. 62. §. 57, *σπείσασθαι τῷ κήρυκι τῷ παρὰ τοῦ Φιλίππου, καὶ τοῖς πρέσβεσι.* Huius generis sunt e Graecis expressa Latina: *literae ab Annibale, Livii* XXIII, c. 34. *legationes a Regibus* in Orat. *C. Gracchii* apud *A. Gellium* N. A. XI. c. X. *Legati ab Alexandro, Ciceronis* Tusc. V, c. 32. *a Pyrrho perfuga* de Off. I, c. XIII. *perfuga ab eo venit*, III. c. XXII. Sic scribere solent Graeci; neque ista deberent in alium sensum detorqueri. Optime primum *Io. Boisius* in Collat. Vet. Interpr. cum *Beza*: „Οἱ παρ' αὐτοῦ, ait, id est *οἱ οἰκεῖοι καὶ προσήκοντες*, quibus furiosi tradi solent.“ Exempla, quae eam in rem adfert *Boisius*, praeter unum *Marci* (c. V, 26,) sunt aliena. Οἱ παρ' αὐτοῦ *Marco* sunt, qui dicerentur a Graecis *οἱ αὐτοῦ*· ut *sui* dicuntur *οἱ ἑαυτοῦ*. elegantioribus etiam dicti *οἱ πρὸς αἵματος*· non tantum *συγγενεῖς* et *οἰκεῖοι*, sed et *proximo sanguinis nexu iuncti, parentes*,

fratres; quales hic in censum veniunt: duo loca sufficient *Platonis* e Menexeno T. II. p. 237. A. πόθεν ἂν ὀρθῶς ἀρξαίμεθα ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες; οἳ ζῶντες τοὺς ἑαυτῶν εὔφραινον δι' ἀρετήν. per τοὺς ἑαυτῶν intelligi voluit *Plato*, quorum paulo ante meminerat, ἐκγόνους καὶ ἀδελφοὺς, — πατέρας καὶ μητέρας, καὶ εἴ τινες τῶν ἄνωθεν ἔτι προγόνων λείπονται. in ead. Orat. p. 246. D. ἡγούμενοι, ait, τῷ τοὺς αὑτοῦ αἰσχύνοντι ἀβίωτον εἶναι. *suo generi infamiam inferenti vitam non esse vitalem.* Idem *Plato bona sua* dixit τὰ ἑαυτοῦ· in Epist. VII. p. 346. B. ἀπολαβεῖν τὰ ἑαυτοῦ· et μηδὲν ἀποδοὺς τῶν Δίωνος (nempe χρημάτων) p. 348. A. *Sophoclis* Neoptolemus in Philoct. v. 362,

Τά θ' ὅπλ' ἀπῄτουν τοῦ πατρὸς, τά τ' ἄλλ' ὅσ' ἦν.

Marcus vero, cui quicunque ad genus alicuius pertinent, (οἱ αὐτοῦ Graecis) dicuntur οἱ παρ' αὐτοῦ, *bona eius* dixisset τὰ παρ' αὐτοῦ· nam in eius Evang. c. V, 26, mulier per annos duodecim aegrota, quae in medicos quicquid habebat bonorum impenderat, dicitur δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα. ubi correctores illud παρὰ sustulerunt, in nonnullis Codd. omissum, recte in plerisque conservatum. Vbi vero de vidua loquitur *Lucas* pauperula, Ev. c. XXI, 4. ἅπαντα, dicit, τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλεν. atque hinc *Marcus* Ev. c. XII, 44, de eadem illa: πάντα ὅσα εἶχεν ἔβαλεν, ὅλον τὸν βίον αὐτῆς. — Cum iam *Marci* loquendi forma *parentes et fratres* etiam complectatur; penes me dubium nullum est, quin hoc *Marci* dictum,

Ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτὸν,

de *Matre* et *Fratribus* Iesu, post pauca interiecta

hoc ipso cap. V, 31, 32, commemoratis, sit intelligendum. — Accusatione enim Scribarum in aedibus, quas cum discipulis dicitur ingressus §. 19, confutata, ad illud, quod incoeperat, sic redit *Marcus:*

30. *Ὅτι ἔλεγον, Πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει,* (quod idem hic significat ac *ἐξέστη*, §. 21.) 31. *Ἔρχονται οὖν οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ·* — Non tamen intrant domum; sed foras eum iubent evocari; monitus autem Iesus,

ἡ Μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ζητοῦσί σε·

quae respondit, nec Fratribus, neque, ut ego quidem iudico, Matri valde sunt honorifica. Turba hominum, qui docentem illic audiebant, et popularem sapientiam Iesu mirabantur, absterriti, qui venerant ad Iesum prehendendum destiterunt ab incoepto; ut alibi in Evangeliis, et *Marci* XII, 12, *ἐζήτουν αὐτὸν κρατῆσαι, καὶ* (*sed*) *ἐφοβήθησαν τὸν ὄχλον.* — Nusquam tamen leguntur aut *Fratres*, aut *Mater* ipsa Iesum suum docentem audivisse. Non sane miror *Theod. Bezam*, cuius aures immodicae adhuc circumsonabant Beatae Virginis laudes, haec scribentem: „Vt taceam, quae de „cognatorum Christi incredulitate et malevolentia „narrat Ioannes (c. VII, 3, 4, 5.) certe ea quae „in hoc extremo capite narrantur de iisdem Chri„stum accersentibus, quos ipse contemsit, viden„tur indicare de ipsius cognatis haec quoque esse „accipienda: quos tamen facile *concedo non omnes „in hoc scelus conspirasse, cum paulo post inter „eos etiam Maria ipsius mater recenseatur: de „qua absit ut tale quicquam cogitetur.*“ —

Quam adeo aversabatur *Beza*, ut ne subnasceretur opinio de Maria, matre Iesu, tanquam eiusdem cum eius Fratribus facinoris affini, credi vix

potest in quam mira interpretationum devia viros etiam primi ordinis, ipsum *Grotium* perduxerit; eo etiam, ut in hac narratione verbum Κρατῆσαι interpretentur, *ut eum ex domo*, in qua premebatur a turba, *deliquium animi passum* ex nimio concursu, *deductum alio abducerent;* quasi vero Κρατῆσαι non hic legeretur quo legitur sensu in hoc ipso etiam Ev. VI, 17. XIV, 44, 46, 49, 51. *Grotii* non nominati miram explicationem, verbis quibusdam adiectis, facile iuvenibus, quibus sua scribebat, adprobare potuit *Georg. Frid. Heupelius*, hunc sensum esse dicti arbitratus, „propiu„quos Christi — accessisse eo consilio, quod vel„lent ipsum — a turba abstrahere, ut vires cibo „reficeret; nam dixisse inter se [sic ista accipit, „ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη·] *sui est oblitus et salutis „suae*, fervore et zelo munere suo fungendi et „concionandi abreptus.“ — Sed, si tantam Iesu, munere suo Doctoris fungentis, curam gerebant et Fratres qui dicuntur, et ipsa mater Maria, ne dicam de illis, quos malevolos fuisse constat, cur nusquam in Evangeliis Maria mater Filium legitur vel sequuta vel cum aliis audivisse docentem? Non Apostoli duntaxat in illum usque diem, quo fuit Iesus in coelum relatus, animis fuere caecati, sed ipsa Maria gentis suae praeiudicatis opinionibus sic fuisse videtur addicta, ut, quem illustrem fore speraverat heroa et bellatorem, populi, plebis etiam, Doctorem aegre tulisse videatur.

Adstabat tandem in cruce pendenti, atque ab illo tum *Ioanni* fuit commendata: καὶ, inquit ipse *Ioannes* Ev. c. XIX, 27, ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν αὐτὴν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος εἰς τὰ ἴδια. Aguito tandem mentis errore, Maria, a *Ioanne* meliora de Regno Christi edocta, et nova luce coelitus collustrata, postquam Iesus in suum coelum

esset relatus, mox adfuisse narratur discipulis Iesu, atque iisdem exercitiis vacasse pietatis: enumeratis Apostolis *Lucas* Act. I, 14, οὗτοι, inquit, πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ — σὺν γυναιξὶ, καὶ ΜΑΡΙΑι ΤΗι ΜΗΤΡΙ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ σὺν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Mutata Maria, Fratres tandem etiam resipuerunt, et veritatem agnoverunt. — Haec, si quorundam in manus inciderent, Mariam, velut τὴν Θεοτόκον, immoderate laudantibus displicitura, a nostrae formulae hominibus probari forte poterunt, Beatam Virginem honorantibus ut mulierum sanctissimam; sed ut hominem et humana passam. — Atque ita nunc videri possum hunc *Marci* locum, primo adspectu tenebricosum, quodam modo reddidisse clariorem. Qnod vero dixi in initio huius Adnotationis de stylo *Marci*, paucis adhuc videtur adfirmandum. Sed quia haec quoque me nimis diu detinere poterant, si singula pensiculatius vellem exigere, ponam simpliciter nonnulla *Marci*, qualia nusquam alibi, nec apud Sacros, neque apud Scriptores profanos, me legere memini:-

Cap. IV, in Parabola, quam solus, ut puto, *Marcus* nobis conservavit §. 26—29. ista mihi certe videntur καινῶς ῥηθέντα.

27. ὡς ἐὰν — ὁ σπόρος — μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.

29. Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός.

36. παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ.

C. VI, 20. *Herodes metuebat Ioannem*, καὶ συνετήρει αὐτόν.

IX, 49. Πᾶς — πυρὶ ἁλισθήσεται.

XII, 24. οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε.

XIV, 3. νάρδου πιστικῆς.

— 8. Ὃ εἶχεν (aut ἔσχεν e Codd.) αὕτη, ἐποίησε.

XIV, 70. ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει.
— 72. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.
XV, 8. ὁ ὄχλος ἤρξατο αἰτεῖσθαι, καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς.
— 24. ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον.

Huius generis alia reperientur

Cap. II, 2. 21. IV, 14. 15. 16. V, 15. 29. VI, 21. 39. 40. 52. VII, 3. 26. VIII, 25. IX, 1. 3. 25. X, 11. 35. XI, 16. XII, 5. 40. XIII, 19. 28. XIV, 2. 41.

Quatumvis alibi nusquam reperta, talia tamen in *Marci* libello coniecturis tentari non equidem probo: in illo tamen etiam ex Codicibus scriptis, aut absque illis, nonnulla possunt redintegrari.

— *Illotis manibus* cibum capere, dicere potuisset usitato more χερσὶν ἀνίπτοις ἐσθίειν· sed quis tandem Iudaeus, more gentis vocem adhibens Κοινὸς, de *polluto*, vel *inquinato*, (*coenum* et *inquinare* coeno dixere Romani) scriberet:

Κοιναῖς χερσὶ, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, ἐσθίοντας ἄρτους· quae leguntur *Marci* VII, 2. *Aristophanis* certe Editor hoc sibi persuadere non potuit *Kusterus*. — Sequentis etiam Cap. VIII, 1, vocem Παμπόλλου, his Scriptoribus ignotam, ex Codd. MSS. omnino corrigendam in πάλιν πολλοῦ ὄχλου ὄντος, attendenti monstrabit *Marci* c. VI, 34.

Marci I, 1—4. multum disputant Viri Docti, scripseritne *Marcus* ἐν τοῖς προφήταις, an ἐν τῷ προφήτῃ, §. 2. et hanc certe veterem fuisse lectionem fatendum est. Sed, quod nostris in Edd. quartum est comma, si secundum poneretur in scriptis Codd. viderentur ista fortasse melius sic collocata:

1. Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

2. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.
3. Ὡς γέγραπται ἐν τῷ Προφήτῃ· —
4. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

Cap. I, 16. Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδε Σίμωνα. —

Ob quam tandem rationem Περιπατῶν hic in παράγων fuisset a correctore mutatum? Cum illud multo sit usitatius et facilius intellectu, quod optimi quidam Codices offerunt hic arbitror a *Marco* scriptum:

Καὶ παράγων παρὰ τὴν θάλασσαν τ. Γ. εἶδε Σ. — ut scripsit c. II, 14, Καὶ παράγων εἶδε Λευῖν — c. XV, 21, Καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα.

Marci cap. IX, 23,

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι.

Ex syllaba praecedente repetitum τὸ Codicum auctoritate reiiciendum est: aliena protulit ad illud firmandum *Wetstenius.*

Cap. X, 30. Pro μητέρας scripsisse saltem videtur μητέρα· quod praebent Codd. nisi dederit etiam, καὶ πατέρα καὶ μητέρα. — Sed, vocibus quibusdam mutatis, et repetitis, cum eadem in hoc ad Petri dictum responso dederit *Marcus*, quae legerat apud *Matth.* c. XIX, 27, 28, 29. *Lucam* cap. XVIII, 28, 29, 30. — mirum profecto, cur duas voces responso interseruerit, μετὰ διωγμῶν· lenius quidem paulo, quod tres saltem Codd. praebent, μετὰ διωγμόν. Sed cur vel hoc inseratur minus liquet. — Sunt et alia in Evangelio *Marci*,

de quibus illud ipsum dici possit: unum hic sufficiet: de Iosepho Senatore corpus Christi petente, cur potius scripsit c. XV, 43, *καὶ τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ*· quam simpliciter, ut legebat in Ev. *Matth.* c. XXVI, 58. et in Ev. *Lucae* c. XXIII, 52. *Οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.* aut certe, *Οὗτος εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ* —. Verbis diversis rem eamdem narrans *Ioannes* Ev. c. XIX, 38, in ista petitione Iosephi ab Arimathea nihil etiam *τολμηρὸν* invenit, quae Pilato non poterat displicere.

In *Lucae* Ev. c. I, 47,

Ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου.

Suo aliorumque more scripserat probabiliter *Lucas*, *ἠγαλλιάσατο τὸ πνεῦμά μου* — Frequens in his Libris Novi Foed. et in Alex. Versione Foed. Antiqui *Ἀγαλλιᾶσθαι*, in quibus altera forma nusquam reperitur; ut mirum sit in ne uno quidem Codice veram hic fuisse lectam: sequens *τὸ*, ut hic, frequenter alibi librarios in errorem induxit.

Lucae c. II, 2,

Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.

Si scripsit ista *Lucas*, quod vix opinor, nonnullis certe placituram arbitror, quam Clarus eruditione Theologus mecum aliquando communicavit, coniecturam, qua legi posse putabat:

Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη· [ἡ β', id est, ἡ δευτέρα] ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου.

Hae duae literae facile potuerunt a vicinis elidi.

Ibid. §. 38.

ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἰερουσαλήμ.

Quod in paucis tantum Codd. fuit inventum, ἐν τῷ Ἰσραήλ· arbitror vulgatae lectioni anteponendum: voces istae scribuntur in Codd. semper compendifactae ἰηλ et ἰλημ. ut mirum non sit, a librariis saepe fuisse inter se permutatas. Vid. Editio *Breitingeri Genes.* XXXVI, 31. 1 *Reg.* XIV, 45. IV *Reg.* XIV, 2. 1 *Chron.* VI, 15. 2 *Chron.* XII, 2. XXX, 25. XXXIV, 9. *Amos* I, 1. *Ies.* I, 24. XLIII, 28. *Ierem.* XIII, 20. XVIII, 13. XXXVIII, 21. — Haeret adhuc vitium *Zephaniae* III, 14, ubi procul dubio scripserat Interpres Graecus, ᾄρυσσε Ἰσραήλ.

In *Lucae* c. III, 22, [Ἐγένετο] — *καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐπ᾽ αὐτόν.*

Tres reliqui *τὸ πνεῦμα* simpliciter dixere *καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν*, *Matth.* III, 16. *Marcus* I, 10. *Ioannes* I, 32. nisi quod *Matthaeus* scripsit *τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*. *Lucam* quoque scripsisse suspicor, *καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡσεὶ περιστερὰν ἐπ᾽ αὐτόν*. interpretandi causa hic adiectum, *οὐ σωματικῷ εἴδει*. hinc natam lectionem receptam, quam in sui temporis exemplari non legit *Chrysostomus*.

Lucae c. IV, 8, optime nuper *Griesbachius*, Codicum auctoritate, edidit:

Ἀποκριθεὶς αὐτῷ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· γέγραπται·
προσκυνήσεις κύριον τὸν Θεόν σου, —

reiectis, praeter *γὰρ*, vocibus, *ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ*. quae in nonnullos Codd. irrepsere, primum in margine scripta ex Ev. *Marci* c. VIII, 33. nam in hac eadem historia tantum legitur in Ev. *Matth.* c. IV, 10, *ὕπαγε σατανᾶ*.

Lucae c. X, 11.

τὸν κονιορτὸν, τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν, ἀπομασσόμεθα ὑμῖν.

Verbum 'Απομάσσεσθαι his in libris inusitatum, neque ab aliis, quod sciam, Iudaeis Graeciensibus adhibitum, ne hic quidem a *Luca* positum arbitror; sed, quod duo Codices custodiverunt, ἀποτιναςσόμεθα ὑμῖν· hoc idem est ac εἰς vel ἐφ' ὑμᾶς. *pulverem pedum in vos excutimus*: optime Belgae: *schudden wij af op ulieden.* in eodem dicto permutantur his in Libris ἀποτινάσσειν· ἐκτινάσσειν· et ἐκτινάσσεσθαι. *Matth.* X, 14. *Marci* VI, 11. *Lucas* Ev. IX, 5, τὸν κονιορτὸν — ἀποτινάξατε — ἐπ' αὐτούς. *Act. Ap.* c. XIII, 51, ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτούς.

Lucae c. XI, 29,

Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖαν οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ —

Vna lineola interiecta libenter legerem: Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρὰ εἰς τί σημεῖον ἐπιζητεῖ; σημεῖον οὐ δ. — atque illud hic *Marcum* legisse suspicor, qui in istum sensum scripsit Ev. c. VIII, 12. τί ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον ἐπιζητεῖ; haec quidem frequentior, sed his etiam in libris obtinet plena scribendi forma: *Marci* Ev. c. XV, 34, εἰς τί με ἐγκατέλιπες; *Matth.* c. XIV, 31, εἰς τί ἐδίστασας; c. XXVI, 8, εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; Scriptores Graeci sic saepe loquuntur: *Maximus Tyrius* Diss. XXXVII, 6, τὰ δὲ τούτων ἀρχαιότερα εἰς τί χρὴ λέγειν; ipse *Bion*, Carminum fragm. XVII, rogat Venerem super filiolo: Ἐς τί δέ νιν πτανὸν καὶ ἑκαβόλον ὤπασας ἄμμιν; quaedam iam adscripta sunt in *Eurip.* Phoen. v. 624. εἰς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; cuius loco *Demosthenes* dixit p. 679, §. 8, πρὸς τί ἐρωτᾷς; *Propterea*, vel *hunc in finem*, *huius rei causa* dicebant εἰς τοῦτο· *in hoc* Romani: nemo forte frequentius sic loquutus est

Quinctiliano, cuius ista sunt: Inst. Or. I, c. XI, initio, *puerum in hoc instituimus.* II, c. V, *praelectio, quae in hoc adhibetur, ut* etc. IV, c. II, *pronunciatione in hoc accommodata, ut* etc. VI, c. III, *natura non tantum in hoc valet, ut* etc. X, c. III, *qui credunt, aptissima in hoc nemora sylvasque.* X, c. V, *in hoc optime facient infinitae quaestiones.* L. XI, capitis II, haec sunt ultima: *habenda tamen fides est vel in hoc, ut, qui crediderit, et speret.* istum Graecismum attigit Clar. *Ruhnkenius* in *Velleium Paterc.* p. 216.

Lucae c. XII, 7,

Ier. Marklandus, qui suis in *Lysiae* Orat. Coniecturis, viginti minimum locis N. F. aut obscuris aut vitiatis plus luminis intulit, quam Observationum integris alii fecere voluminibus, ad *Lysiae* p. 479. lin. penult. hoc in loco *Lucae*, et *Matth.* c. X, 31, *sine dubio legendum* decernit:

πολλῷ στρουθίων διαφέρετε.

vos multo excellentioris estis naturae, quam sunt passeres. — Docta atque ingeniosa coniectura sententiam praebet Auctore suo dignam. — Ab illa recipienda me retinet mentio *duorum* et *quinque* passerum a *Matthaeo* et *Luca* facta, quorum ne casus quidem in terram sit fortuitus: οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; — οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; in ipsis rationibus Providentiae divinae, non cum *duobus* vel *quinque*, sed ne cum *multis* quidem passerculis potestis comparari, quibus humana mente praediti longe praestatis: πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς· a qua scriptura nullum Codicem scriptum recedere, est certe aliquid in re Critica.

Ibid. §. 11,

Ὅταν — προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ τὰς ἀρχὰς —

In quinque minimum Codd. inventum, Ὅταν — εἰσφέρωσιν ὑμᾶς — hic genuinum videtur. Φέρειν pro ἄγειν, Εἰσφέρειν pro εἰσάγειν adhiberi potuit a *Luca*. Scripsit *Matth.* c. X, 18, ἐπὶ ἡγεμόνας — καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε — (19) Ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς, — hinc *Marcus* c. XIII, 11. Οταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες. — *Res inanimatae*, ἄψυχα dictae Grammaticis, poterant προσάγεσθαι· animantia etiam ad altare *deducta:* quo Hercules certe *Sophoclis* Trach. v. 775,

Ἑκατὸν προσῆγε συμμιγῆ βοσκήματα·

dici vero Graece non poterat,' εἰς vel ἐπὶ δικαστήριον προσάγεσθαι, vel προσάγειν· neque adeo a *Luca* προσφέρειν. sed εἰσφέρειν ab illo scribi potuit, ubi Graeci ponunt εἰσάγειν. *Plautus* in Pseudolo II. Sc. IV, 21,

C. *Attuli hunc.* P. *Quid, attulisti?* C. *Adduxi volui dicere.* *Harpocration* in Διαμαρτυρία· πρὸ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον. *Lysias* c. Andoc. p. 113. Ἀνδοκίδης — εἰσαχθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον, *in ius raptus.*

Lucae c. XVIII. 7.

Ὁ δὲ θεὸς οὐ μὴ ποιήσῃ (sic *Bengel.* edidit ex Codd.) τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς;

Postrema diversis vexantur interpretamentis: quam dedit explicationem *Io. Boisius* in Veteris Interpr. Collat. cum *Beza* p. 249—253. *Grotio* debet; a quo Codicum quorumdam lectio fuit, ut et a *Bengelio*, probata, nempe μακροθυμεῖ· haec vero ut admitti posset, duabus literis repetitis legendum videretur — νυκτὸς, ὃς καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς. mirum est *Iacobi Elsneri* commentum, participium μακροθυμῶν convertentis in adiectivum plur. μακροθύμων: ut meminerit *Lucas* τῶν ἐκλεκτῶν —

βοώντων — καὶ μακροθύμων· si quaeris, quid tum fiet istis *ἐπ' αὐτοῖς*, ut solent isti literatores, quos raptim legerunt, Scriptoribus Graecis abuti, exempla dat, in quibus illud significet *ideo*, *propterea*: ut hic dicerentur *clamantes*, — *et propterea patienter* (*omnia*) *ferentes*. Dum scribebat ista, non recordabatur, neque *ἐπ' αὐτοῖς* hunc in sensum, nec his in libris N. F. usquam legi *μακρόθυμος*· ubi phrasis est usitata *μακροθυμεῖν ἐπί τινι*. In Evangelica similitudine qui reddere creditori non poterat, quae debebat, orabat illum, *μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ πάντα σοὶ ἀποδώσω*, *Matth.* c. XVIII, 26. hoc interpretari Belgae potuerant: *heb met mij wat geduld:* qui *iratus*, *ὀξύθυμος*· (*Eurip.* Med. v. 515.) acriter urget debitorem, illi opponitur, qui patiens et in exigendo lentus exspectat: hic dici potest *μακρόθυμος*· hoc certe sensu dictum *Matthaei* capiendum est: *hanc meam* in solvendo debito *moram fer*, *quaeso*, *patienter*. Qui facilis et benignus nostra nobis debita remittit, Deus saepius Alexandrinis *ἐλεήμων* dicitur et *μακρόθυμος*. — Nostro loco *Lucae* mea quidem sententia *ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας*, et *ὁ θεὸς* opponuntur: ille ad ius dicendum atque ad vindicandam iniuriam viduae se precibus tandem tamen facilem praebet, homo morosus, iniustus, atque *ὀξύθυμος*· quanto facilius Deus, *ὁ μακρόθυμος*, piorum continuis se precibus patietur expugnari, ad propulsandas ab ipsis inimicorum iniurias, qui sibi illatas et omnia ipsorum debita benignissime remittit. — Cum hac parabola comparari poterit, quod de Philippo Macedone, et vetula ius sibi dici postulante, narrat *Plutarchus* in Demetrio, T. I. p. 909. D. et T. II. p. 179. C.

Lucae c. XIX, 38,

Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

Nihil hic invenisse videntur Philologi, quod sit animadversione dignum. Nihil tamen usu Iudaeorum differunt ὁ οὐρανὸς, et τὰ ὕψιστα. Quid vero causae est, cur *pax in coelo* optetur?

Omnis enim per se Divûm natura necesse 'st
Immortali aevo summa cum pace fruatur.

Nihil ex Codd. hic enotatur differentiae, nisi quod scriptum est in Alexandrino, pro ἐν οὐρανῷ, ἐν οὐρανοῖς. Semper ista vox in Codd. scribi solet $\overline{ουνοις}$· ut $\overline{ανοις}$, pro ἀνθρώποις. iam olim suspicatus sum, scripsisse *Lucam:*

Εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

Haec dixisse narrantur τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, qui ἤρξαντο — χαίροντες αἰνεῖν τὸν Θεὸν, — λέγοντες κ. τ. λ. Cum his comparetur coelestium votum *Lucanéum* c. II, 13, 14, αἰνούντων τὸν Θεὸν καὶ λεγόντων, Δόξα ἐν ὑψίστοις [Θεῷ,] καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη [ἐν ἀνθρώποις εὐδοκίας.] His in rebus exercitati fatebuntur, opinor, hanc coniecturam habere gradum probabilitatis. Ἄνθρωπος, scriptum in quorumcunque scriptorum Codicibus $\overline{ανος}$, credi vix potest quot errores pepererit; sunt mihi loca ad manum permulta, in quibus cum voce ἄνθρωπος permutatae sunt a librariis, praeter compendifactum $\overline{ουνος}$, voces ναός· ἄλλος· αὐτός· ὄνος· ἄνω· ἔνιοι· ἄνους· νοῦς. — Horum primum nunc satis erit paucis confirmasse. *Apocal.* c. XVI, 18. pro ἄνθρωποι ex Cod. enotatum οὐρανοί. vid. *Philostratus Olearii* p. 34. n. 22. *Cornutus* de N. D. *Galei* p. 209. n. 16. in *Dion. Chrys.* p. 590, 30, *Reiskius: Gataker* in *M. Antonin.* p. 47. D. p. 289. B. *Io. Alberti* in *Hesych.* ad Δίαιτα τοῦ οὐρανοῦ, (τοῦ ἀνθρώπου) τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν. In ista *Aristidae* Panathen. T. I. p. 327, ἀγάλματα, ἄνευ τῶν οὐρανίων, τῆς πρώτης τέ-

χνης τὰ πρῶτα· hoc *Scholion* legitur in Cod. MS. qui pervenit ex *Burmanni Secundi* Bibl. in Batavam: Παλλάδια ἐκάλουν, καθὰ λέγει Φερεκύδης, τὰ βαλλόμενα εἰς γῆν ἐκ τοῦ ἄνου (L. οὐρανοῦ) ἀγάλματα· πάλιν (L. πάλλειν) γὰρ, φησὶ, τὸ βάλλειν ἔλεγον. Ἄνευ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων, (L. οὐρανίων,) τουτέστι τῶν Διϊπετῶν. Ἄνευ τῶν ἀνίνων] Τρία ἦσαν ἀγάλματα ἐν ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς· ἓν μὲν τὸ ἀρχαῖον καὶ Διϊπετές· ἕτερον δὲ χαλκοῦν, ὃ ἀνέθεσαν μετὰ τὸν Περσικὸν, [πόλεμον addendum] τρίτον τοῦ Φισίου, (L. Φειδίου, *Phidiae*) τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμένον. — Latina quoque vox, *homines*, scripta *hoies* erroribus fuit obnoxia: *Ciceronem* scripsisse arbitror Cornificio XII. Ep. 17, *Quod mihi existimationem tuam — commendas, facis tu quidem* hominum *more;* non, quod vulgatur, *omnium more.* Non facile mihi persuadebo, ista sic, ut prostant, a *Cicerone* scripta Tusc. II, c. XXVII, §. 65, *Graeci autem* homines, *non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem adspicere non possunt.* Cur obsecro *Graeci homines* potius dicerentur, quam in seqq. *Cimbri* et *Celtiberi homines:* taceo vocem *hominum* mox repetitam: ex *hoies* ne litera quidem peribit, si scribamus: *Graeci autem* hodie *non satis animosi:* hoc tempore, quo *languentem* dixit Graeciam.

Lucae XXI, 1, 2.

Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας —
Εἶδε δὲ καί τινα χήραν πενιχρὰν, —

Quanto rectius ista sic scripta plus semel exhibet *Origenes:* Ἀναβλέψας δὲ εἰς τοὺς βάλλοντας — Εἶδε καί τινα χήραν πενιχράν. Permutat *Lucas* eadem structura verba Ἀναβλέψαι et Ἐμβλέψαι. — Haeret huius non dissimile vitium in *Lucae* A. A.

c. X, 1, Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Καισαρείᾳ — 3. Εἶδεν ἐν ὁράματι — Nisi scribatur, ex voce παντὸς duabus literis repetitis, Ὃς εἶδεν — cum nullum inter se nexum habeant ἦν, et Εἶδεν, quorumdam Codicum auctoritate, deleto ἦν, omnia legenda sunt continua:

Ἀνὴρ δέ τις ἐν Καισαρείᾳ — Εἶδεν —

Lucae c. XXII, 16,

Λέγω — ὑμῖν, ὅτι οὐκέτι οὐ μὴ Φάγω ἐξ αὐτοῦ, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ.

Praeter illud dictum aliud etiam subiungit *Lucas* §. 18, Λέγω — ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ. De *esu* agni Paschalis nihil *Matthaeus*, sed tantum de potu dicentem in coena facit Iesum, c. XXVI, 29, Λέγω — ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γενήματος τῆς ἀμπέλου, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός μου· eadem fere dedit *Marcus* c. XIV, 25. Postrema *Matthaei*, atque adeo etiam *Marci*, satis explanant alteram formam loquendi *Lucanéam*, ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ. — Sed altera eius forma loquendi, ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, meo quidem arbitratu, multo difficiliorem habet explicatum. Simplex certe veri sigillum neque *Grotii* neque aliorum praeferunt verbi πληρωθῇ interpretationes. Requiri videtur verbum, quod τῷ πίνω respondeat. Fac, una litera detrita, ῥωθῇ lectum in veteri exemplo: β restituta, dabit aptissimum: ἕως ὅτου βρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. atque illud ipsum in uno quidem tantum, at omnium forte, qui supersunt, antiquissimo, sed et, quod fatendum est, inquina-

tissimo, Codice Cantabrigiensi repertum, veram *Lucae* manum repraesentare videtur. De verbo nemo dubitavit quin a *Luca* potuerit aeque atque a *Ioanne* et ab Alexandrinis adhiberi: legitur nostrum etiam illud *Levit.* c. XIX, 7, [ἡ ἂν ἡμέρᾳ θύσετε (θυσίαν σωτηρίου) βρωθήσεται, καὶ τῇ αὔριον —] Ἐὰν δὲ — βρωθῇ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, ἄθυτόν ἐστιν. — In his nemo me temeritatis incusabit, nisi multo magis *Bezam* velit criminari, qui hic narrata sic transponenda suspicatur, ut quodammodo cum *Matthaei* narratione magis conveniant; quae ratio mihi quidem displicet.

Eiusdem cap. XXII, 31,

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον.

Vna voce transposita, prout haec invenit apud *Basilium M.* legenda censet *Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 497, 40, ἐξῃτήσατο τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς — mihi haec uni dicta videntur Petro; nec quidquam esse causae, cum toties in Evangeliis Simonem, nomine semel posito, alloquatur, cur hoc uno loco bis fuisset adhibitum. Praeterea suspicor Petrum ista solum spectare; pronomen autem σὲ pertinens ad verbum utrumque, ad ἐξῃτήσατο, et σινιάσαι, hic iam olim a verbo σινιάσαι elisum, interiectum illud ὑμᾶς nobis peperisse, legendumque:

Εἶπε δὲ ὁ Κύριος Σίμωνι· Σίμων, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο τοῦ σινιάσαι σὲ, ὡς τὸν σῖτον.

Hanc, me iudice, lectionem quae proxima sequuntur, solum utique Petrum spectantia, monstrare debuissent: Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. Quae praecedunt omnibus dixerat discipulis §. 25, Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς,

scripta §. 26—31, nbi solum alloquitur Simonem, more suo: vid. *Matth.* XVII, 25. *Marci* XIV, 37. *Lucae* V, 4. c. VII, 40, 44. Nostro vero loco gravissima erat ratio, cur unum illum ex omnibus alloqueretur, qui, iam iam dominum amantissimum abnegaturus, ob illius preces mox tamen ad sanam esset mentem rediturus. — Qui hostem sibi dedi postulat, ab Oratoribus et Historicis Graecis illum dicitur ἐξαιτεῖσθαι· *exposcere*, vel *deposcere*: *Livius* XXII, c. 33, *Legati ad Philippum — missi, ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset.* L. XXXVIII, c. 31, *ad exposcendos eos legati extemplo Lacedaemonem missi sunt.*

In singulos N. F. libellos horum similia cum a me dari possent, unius saltem loca paulo plura mihi sumam tractanda.

Act. A. cap. I, 4. Pro συναλιζόμενος, quod Viro Summo placebat, συναλιζομένοις παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι· *congregatis illis praecepit, ne secederent Hierosolymis*, primo quamvis aspectu vulgato melius videatur, atque huic loco accommodatius; alterum tamen arbitror a *Luca* scriptum, quia Scriptores illud Christiani veteres suis in exemplaribus invenerunt, accipientes Συναλίζεσθαι pro *familiariter cum aliquo vivere, eiusdem mensae participem; salem simul edere: verum illud* esse scribit *Cicero* de Amic. c. XIX, *quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit: Ioannes Chrysostomus* T. III. p. 88. D. interpretatur illud τραπέζης κοινωνῶν· p. 89. A. Συναλιζόμενος τοῖς ἀποστόλοις· ὁρᾷς ὅτι καὶ τραπέζης ἐκοινώνει. p. 91. D. etc. quin ipse *Lucas* illud explanat, ubi Petrum facit dicentem ad Cornelium et familiares *Act.*

c. X, 40, 41, ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι, — οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ — ἡμῖν, (συναλιζόμενος) οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. *I. Alberti* ad Glossar. iu N. F. p. 61. scribere debuerat in glossa Cod. Coislin. ἀντὶ τοῦ ἐσθίων καὶ πίνων, κοινωνῶν ἁλῶν, κοινωνῶν τραπέζης· non, κοινῶν ἁλῶν, κοινῶν τρ. Scriptor Homil. *Clement.* in Hom. XIII, §. IV, τραπέζης ἐθνῶν οὐκ ἀπολαύομεν, ἅτε δὴ οὐ συνεστιᾶσθαι αὐτοῖς δυνάμενοι. — Sed *aqua lustrali purgatis* (τότε) αὐτοῖς συναλιζόμεθα, *tunc una cum eis vescimur*; ut recte vertit *Cotelerius*. §. 8, *fias eorumdem bonoruu participeps*, ὅπως κοινῇ ἁλῶν καὶ τραπέζης μεταλαβεῖν δυνηθῶμεν. uno ante verbo dixerat *Lucanéo* Συναλίζεσθαι. Illud in ipso fine Hom. vel Colloquii VI dicitur, ἁλῶν μεταλαβεῖν. et in fine Hom. XV, ubi μετὰ interserto, legendum, μετὰ τῶν συνηθεστέρων ἁλῶν μεταλαβὼν, ὕπνωσεν. hunc *Archilochi* tetrametrum Iambicum in Lycamben,

Ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἅλας τε καὶ
τράπεζαν·

Origenes c. *Cels.* II. p. 72, nobis servavit; versum istum his opponens *Celsi*: ἀνθρώπῳ μὲν ὁ κοινωνήσας τραπέζης οὐκ ἂν αὐτῷ ἐπιβουλεύσειεν.

Act. cap. 1, 25,

τὸν τόπον τὸν ἴδιον

variis vexant interpretamentis. Amico cuidam meo venit olim in mentem scribendum τὸν ἀΐδιον· unus dat Alex. Cod. τὸν τόπον τὸν δίκαιον· *non male*, inquit *Grotius*, qui propterea dici non debuerat illud *probasse* tanquam genuinum; quod olim ad ἴδιον, ut Scholion, fuit adscriptum: quicquid *iustam* habet *cum aliqua re proportionem*, δίκαιον in sermone Graeci dicebant quotidiano. Alexan-

drinis hic Interpretibus abutitur *Keuchenius*. More Scriptoribus Sacris usitato, nihil hic definiunt Apostoli: dixit tamen in parabola *Lucas* τὸν τόπον τῆς βασάνου· hunc locum proditori debitum intelligentes, modeste τὸν τόπον τὸν ἴδιον dixerunt: dicere potuerant in eumdem sensum, τὸν τόπον τὸν οἰκεῖον· ut Socratis loquebantur discipuli: qui scripsit *Axiochum*, ab *Aeschine* diversus, §. 5, τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυνθείσης τόπον, — τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα — οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος. bonorum et malorum animabus οἱ ἴδιοι vel οἱ οἰκεῖοι singulis τόποι illic describuntur §. 20 et 21. secundum ipsum Socratem in *Platonis* Phaedone T. I. p. 108. C. de bonorum et malorum animabus, ᾤκησεν τὸν αὐτῇ ἑκάστη τόπον προσήκοντα. — Bonorum animas, e coelo vel ex aethere in corpora delapsas, his solutas illuc remigrare velut in suam domum, εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον, hariolabantur: *posse animos, cum e corporibus excesserint, in coelum quasi in domicilium suum pervenire*, *Cicero* Tuscul. I, c. XI. ibid. cap. XLIX, *aut in aeternam et plane in nostram domum remigremus*, *aut* etc. illic legere maluissem *aetheream*, nisi *hanc sedem et aeternam domum* dixisset in Somnio Scipion. c. VII. *Manilius* I, 758, *An fortes animae, dignataque numina coelo — Huc migrant ex orbe; suumque habitantia coelum Aethereos vivunt annos?*

Act. A. c. II, 9,

Οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντου καὶ τὴν Ἀσίαν.

Petrus, Epistolam scribens ad Christianos, quos ex Iudaeis fecerat *Paulus* (non quibus ipse Christi disciplinam primus praedicaverat, ut dicitur in Scholio quod vulgavit *Cotelerius*,) sparsis per *Pontum*, *Galatiam*, *Cappadociam*, *Asiam* et *Bithyniam*; διασπορᾶς Πόντου, Γαλατίας, Καπ-

παδοκίας, Ἀσίας, καὶ Βιθυνίας, meo quidem iudicio, ceterorum tentaminibus Criticis multo reddit magis probabilem Clar. nostri *Hemsterhusii* coniecturam, vitiatam sine controversia, vocem IOΥΔAIAN convertentis, una tantum litera praefixa, in BIΘΥNIAN. nam non solum Θ in O, sed et saepe N transiit, in ΔA, vel horum similes ductus; quod multis a me posset exemplis adfirmari: nomini Ἀθηνῶν, in *Scholiis* ad *Theocriti* Eid. XIII, 30, illic legitimum nomen Βιθυνῶν dudum ante substituerat *Hemsterhusius*, quam vidisset illud *Toupius*. — Nemo autem, sciens historiae veteris et Geographiae, mirabitur Iudaeos in una sede memorari, habitantes in *Bithynia*, *Cappadocia*, *Ponto*, *Asia* minore, quibus iungit *Petrus* habitantes in *Galatia*. Apud *Lucianum* in Alexandro T. II. p. 225, ad huius praestigias videndas, quae regiones hominum erant credulorum plenae, ἡ Βιθυνία, καὶ ἡ Γαλατία, καὶ ἡ Θρᾴκη συνέῤῥει· supra, p. 216, dixerat Chalcedona visam fraudibus commodam: χωρίον τῇ τε Θρᾴκῃ καὶ τῇ Βιθυνίᾳ πρόσοικον, οὐχ ἑκὰς οὐδὲ τῆς Ἀσίας, καὶ Γαλατείας. p. 218, διαφοιτῆσαι — τὸν λόγον ἐς πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν καὶ τὸν Πόντον ἐποίησαν. p. 262, non valde laudatur ὁ τότε ἡγούμενος Βιθυνίας καὶ τοῦ Πόντου. nomine nempe Romanorum: *Cicero* Philipp. XI, c. XII, *ut imperandi in Syria*, *Asia*, *Bithynia*, *Ponto*, *ius potestatemque habeat*. Secundum *Ctesiam Diodori Siculi* II, c. 2, Ninus sibi iam subiecerat τὴν Βιθυνίαν, καὶ Καππαδοκίαν καὶ τὰ κατὰ τὸν Πόντον ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντα. *Herodoto* teste I, c. 28, Croeso, praeter ceteras gentes, paruerunt Θρᾷκες, οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοί. hoc quando nomen acceperint, idem tradit VII, c. 75.

Act. A. c. V, 15, ad ista *Lucae*,

ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.

quae in Cod. antiquissimo Basileënsi addiintur,

καὶ ῥυσθῶσιν ἀπὸ πάσης ἀσθενείας, ἧς εἶχον. — etiam ab Interprete Latino vetere lecta, et reddita, *et liberarentur ab infirmitatibus suis*; si in aliis prostarent Codd. vetustissimis, genuina poterant videri. Longe aliter iudicandum est de additamentis, quae leguntur in Codice adhuc antiquiore, Cantabrigiensi, quorum Auctor impudentissimus ubique in Evangeliis et in Actis ea grassatus est licentia, quae modum omnem superat. — Talium ignaris adsumenta quaedam istius hominis legenda dabo: hic ad verba Sacri Scriptoris haec adduntur in Cod. Cantabrig. Graeco-Lat.

ἀπηλλάσσοντο γὰρ ἀπὸ πάσης ἀσθενείας, ὡς (L. ἧς) εἶχεν ἕκαστος αὐτῶν.

In huius cap. V, 18, vocem δημοσίᾳ haec excipiunt:

Καὶ ἐπορεύθη εἷς ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια.

— §. 39, horum loco, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ, — Cantabrig. haec exhibet:

οὐ δυνήσεσθε καταλῦσαι αὐτὸ, οὔτε ὑμεῖς, οὔτε βασιλεῖς, ουτε τύραννοι· ἀπέχεσθε οὖν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων.

C. VI, 10, ad ista *Lucae*,

Οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει·

haec adiecit interpolator: — διὰ τὸ ἐλέγχεσθαι αὐτοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας. Μὴ δυνάμενοι οὖν ἀντοφθαλμεῖν τῇ ἀληθείᾳ, — *homines subornarunt, qui dicerent* —.

C. VIII, 24. *pro me orate Dominum*, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ᾽ ἐμὲ ὧν εἰρήκατε. Cantabrig. ὅπως μ. ἐ. μοι τούτων τῶν κακῶν, ὧν εἰρήκατέ μοι, ὃς πολλὰ κλαίων οὐ διελίμπανον. vocem male scriptam dat *Wetstenius*. — Facile credimus in fabella Auctorem legisse Iudaica *Tobith* c. X, 5, οὐ διελίμπανε θρηνοῦσα Τωβίαν. eamdem formam posuit *Act. A.* c. XVII, 13, pro τοὺς ὄχλους scribens, καὶ ταράσσοντες τοὺς ὄχλους οὐ διελίμπανον. Rariores apud veteres Atticos formas, Καταλιμπάνειν dat *Machon* Comicus ap. *Athen.* VIII. p. 341. C. — ἐξελίμπανον Δόμους πατρῴους, *Euripides* in Medea v. 800.

Cap. X, 25, loco paucorum, quae dedit *Lucas*, haec ausus est scribere interpolator:

> Προσεγγίζοντος δὲ τοῦ Πέτρου εἰς τὴν Καισάρειαν, προδραμὼν εἷς τῶν δούλων διεσάφησεν, παραγεγονέναι αὐτόν· ὁ δὲ Κορνήλιος ἐκπηδήσας, καὶ συναντήσας αὐτῷ, πεσὼν πρὸς τοὺς πόδας προσεκύνησεν αὐτόν.

Huius generis insigniora reperientur etiam in *Actis Ap.* c. XI, 2. 25. 28. c. XII, 10. c. XIII, 43. c. XIV, 2. 8. c. XV, 2. 12. 20. c. XVI, 4. 55. 59. c. XVII, 15. c. XVIII, 27. c. XIX, 1. 14. — postrema capita *Actorum* nunc quidem absunt a Cod. Cantabr. — Ex Evangeliis pauca tantum attingam.

Matth. cap. XX, post §. 28, et voces ἀντὶ πολλῶν, Hic, inquit *Beza*, in illo meo admirandae vetustatis Codice ista inseruntur: — Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἐλαττοῦσθαι. (ἔλαττον εἶναι *Wetstenius* exhibet, qui totum Codicem descripsit: neuter syllabam compendifactam videtur assecutus: restituendum ἐλαττονεῖσθαι, *minui*, verbum Alexandrinis In-

terpr. A. F. usitatissimum:) Εἰσερχόμενοι δὲ καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι, (recte *Wetsten.* male *Beza*, δειπνεῖσθαι) μὴ ἀνακλίνεσθε εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπέλθῃ, καὶ προσελθὼν ὁ Δειπνοκλήτωρ εἴπῃ σοι· ἔτι κάτω χώρει· καὶ καταισχυνθήσῃ. Ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σοι ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ Δειπνοκλήτωρ, σύναγε ἔτι ἄνω· καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. in ultimis male dat. *Wetst.* ἔστω. — ἔσται σοι δόξα *coram convivis*„ inquit *Lucas* Ev. XIV, 10. ubi aliis ista verbis expressa sua sede haerent. *Beza* vero his ista subdit: *sed maneto recepta lectio.* quasi vero quis, absque isto edicto, in animum induxisset, ut istud emblema genuinum crederet.

Matth. cap. XXIV, inter §. 31, et §. 32, haec in isthoc Cod. leguntur interiecta:

Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀναβλέψατε, καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν.

Lucae cap. VI. post comma 4. ista scripta sunt in Cod. Cantabrig.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ· εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος, καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου. — Haec enotavit etiam *Beza*, tanquam in duobus Codd. lecta: male; in uno tantum leguntur, et loquente prorsus sunt indigna.

Lucas c. XXIII, ubi corpus Iesu deposuisse Iosephum Senatorem dixerat §. 53, Ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος, in aliis quibusdam Codd. hoc legitur additamentum: καὶ προσεκύλισε λίθον μέγαν ἐπὶ τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου. lapidem grandem fuisse noveramus, sed vide

mihi hominis impudentiam, qui haec scribere fuit ausus, lecta in Cantabr.

Καὶ θέντος αὐτοῦ ἐπέθηκε τῷ μνημείῳ λίθον, ὃν μόγις εἴκοσι ἑκύλιον. — hoc *Bezae*, non memoratum, aeque tamen ac mihi arbitror vehementer displicuisse. — Quae sunt ad manum permultae, reliquas istius hominis interpolationes suo loco relinquam.

Act. Ap. c. VI, 7.

Πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει.] *Beza*, „Mihi, inquit, suspectum hoc vi„detur, cum vix probabile sit, ut ex sacerdotibus „etiam aliqui — doctrinam salutis sint amplexi; — „et, ut ita sit, quis tamen credat tam multos illos „fuisse, ut ὄχλου nomen iis conveniat.“ paulo post probare se vehementer scribit collegae *Is. Casauboni* coniecturam, legentis καὶ πολὺς ὄχλος, (imo πολύς τε ὄχλος,) καὶ τῶν ἱερέων (scil. τινὲς) ὑπήκουον τῇ πίστει. Hoc uno in loco diversos ab aliis, his in libris toties memoratis, *sacerdotes* designari prorsus est incredibile: cum vero *Lucas* hoc ipso etiam libro eadem fuerit usus ellipsi, mihi quoque *Casauboni* semper placuit emendatio; ut dicantur, praeter *homines de plebe*, *sacerdotum nonnulli* Christi disciplinam amplexi: similiter *Act.* c. XXI, 16, Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν. sic II *Reg.* c. XI, 24, ἀπέθανον τῶν παίδων τοῦ βασιλέως. In argumento operis *Athenaei* legitur, Φιλοσόφων δὲ παρῆσαν, et ἰατρῶν L. VI. p. 242. B. ἠρώτησε τῶν συμπαρόντων. hanc vero ellipsin post *Henr. Stephanum* in Append. Thesauri Gr. L. p. 45. recentiorum plures attigerunt.

In huius *Act.* capitis VI, 9, pro Λιβερτίνων, Λιβυστίνων legentibus adsentior; quae forma, *He-*

sychio pro Ἀβυστιχῖοι, vel potius Ἀσβύσται, non est obtrudenda; neque *Herodoto* IV, c. 192. p. 366, 16, cui reddi potuerat ex optimis Codd. quorum usum valde desiderabam, dum scriberem in *Herodotum* adnotata, *οὔνομα* — *Λιβυστικόν.* haec forma veteribus placuit prae altera: *Aeschylus* in Supplic. v. 287, *Λιβυστικαῖς* — *Γυναιξί.* in Myrmidonibus (hinc sumptum fragmentum sequentia *Scholia* monstrabunt) ap. *Schol.* in *Aristoph.* Aves v. 808,

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος.

Act. A. c. VII, 26,

Τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην, εἰπών, Ἄνδρες ἀδελφοί ἐστε, ἱνατὶ ἀδικεῖτε ἀλλήλους;

Nihil horum narrat *Moyses*, nisi illud unum *Exodi* c. II, 13, Ἐξελθὼν — τῇ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ, ὁρᾷ δύο ἄνδρας Ἑβραίους διαπληκτιζομένους. quod ultimum, significans *pugnis inter se certantes*, obvium in *Schol.* ad *Aristoph.* Aves v. 440, pertinet ad istam verborum classem, quam attigi ad *Herodot.* p. 579. — Viderat Moyses die praecedente Aegyptium, qui Hebraeum quemdam iniuste verberaret: non itaque die sequente, quod dicitur in Edd. et in Codd. *Lucae*, *ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις*, *vidit ipsos pugnantes*; hic enim eosdem oportet intelligas, quos memorat paulo ante: sunt, fateor, alia quaedam in egregia hac Oratione Stephani, quae difficulter possint cum historia *Moysis* in concordiam redigi; sed hac in re errare non potuit Stephanus, nedum *Lucas*; quem scripsisse arbitror,

ὤφθη ἄλλοις μαχόμενοις·

alios vidit pugnantes; hos autem Moysis fuisse

gentiles Hebraeos vicina declarant, ex Codd. sic, ut puto, scribenda:

καὶ συνήλλασσεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην, εἰπών, ἄνδρες ἀδελφοί ἐστε· ἱνατὶ ἀδικεῖτε ἀλλήλους;

Vulg. Interpres, *et reconciliabat illos:* significatur, *reconciliare illos nitebatur:* more enim loquendi quibusvis in Linguis *facere* dicitur *qui conatur quid efficere:* εἰς εἰρήνην additur ex Hebraismo: satis fuerat dixisse συνήλλασσεν αὐτούς. cuius loco *Paulus*, ut suspicor, suo potius verbo scripsisset, κατήλλαξεν αὐτούς· vid. *T. H.* ad illud *Thomae M.* Διηλλάγη δοκιμώτερον, ἢ Κατηλλάγη. Invidis se adversariis respondisse dicit *Dion Chrys.* Or. XLII. p. 505. ἵνα, ἐὰν μὲν δυνατὸν ᾖ, διαλλαγῶσιν· (*ut reconcilientur*) ὅ τῇ πόλει πάσῃ βέλτιστόν ἐστι. sic corrigo vulgatum διαῤῥαγῶσι· *rumpantur:* Or. XL. p. 493. C. suadet cives omnesque adeo homines τὰς πρότερον οὔσας (ἔχθρας) καταλύεσθαι πάντα τρόπον, ἂν ᾖ δυνατόν. conf. Or. XLI. p. 501. D. Διαλλαγεὶς etiam *Lysiae*, pro ἀπαλλαγεὶς, reddendum est apud *Dionys. Halic.* II. p. 276, 50.

Act. cap. VII, 57, 58, 59, quaedam insunt observatis criticis tentata. Non illa quidem dubio vacua *Battierii*, elegans tamen est et valde verisimilis coniectura, pro

Κράξαντες —

corrigentis, lenissima mutatione, quam unus etiam Codd. scriptorum confirmat,

Κράξαντος δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν. —

Cum animosus Orator sententiam eorum, quae *Lucas* dat proxime praecedentia, altiore voce pronunciaret, auditores indignati συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν,

aures suas obturarunt; hoc quem tandem in finem facerent qui ipsi alta voce clamarent? Quod *Lucas* vocat *σὺνέχειν τὰ ὦτα*, *Plato* dixit in Symp. T. III. p. 216. A. *ἐπισχέσθαι τὰ ὦτα*· ubi Alcibiades, Βίᾳ οὖν, inquit, *ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων, ἐπισχόμενος τὰ ὦτα, οἴχομαι Φεύγων, ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ* (de Socrate loquitur) *καταγηράσω.* ubi voci *βίᾳ* substituendum *βύων* putabat *Fred. Lud. Abreschius* Lect. Aristaen. p. 147. *Βύειν τὰ ὦτα* recentiorum est Sophistarum; etiam *S. Ignatii* Ep. ad Ephes. cap. IX. *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 784, 57. restituendum in *Clement.* Homil. I. §. XII.

§. 58, — *ἐλιθοβόλουν*, —

Cum §. sequente 59 legatur,

Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, —

incommodum prius; neque apparet, quem in finem fuisset illic a Luca positum: legitur quidem in Ev. *Ioannis* c. X, 33, *περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε.* prout a quibusvis Scriptoribus de *conatu* ponuntur verba *actum* ipsum significantia: sed si, *quod facere constituerant*, sic fuisset ante indicatum, saltem *αὐτὸν* addidisset, et ne hoc quidem modo verbum illud, mox proprio sensu repetendum, posuisset: hoc animadverso, et praeterea more Iudaeorum, quum quem lapidarent iure damnatum, ut testes grandem lapidem primi in eius caput deiicerent; quem in finem proferuntur ista *Iohannis*, ex Ev. c. VIII, 7, *ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν πρῶτος τὸν λίθον* (eximie sic dictum) *ἐπ' αὐτῇ βαλέτω. Ierem. Marklandus* in *Lysiae* p. 167, l. 3, priore loco scripsisse *Lucam* suspicatur *ἐλιθολόγουν*, vel *ἐλιθοφόρουν.* — Hanc legem de parricida civibus tulit *Plato*, ut morte mulctati cadaver, antequam regione exterminetur,

in trivium extra urbem nudum proiicerent, et *singuli magistratus, civium loco, lapidem quisque gestans iaceret in illius caput ad totam civitatem* ob immane scelus commissum *expiandam*, L. IX, de LL. p. 873. B. ἀποκτείναντες ἔξω τῆς πόλεως ἐκβαλλόντων γυμνόν· αἱ δὲ ἀρχαὶ πᾶσαι ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως, λίθον ἕκαστος φέρων, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ νεκροῦ βάλλων ἀφοσιοῦτω τὴν πόλιν ὅλην. Frequens fit lapidationis supplicii, ut apud antiquissimos Graecos usitati, mentio apud Tragicos, quorum loca in alium finem conduxit *Rich. Dawes.* in Miscell. Crit. p. 315. sed nihil alibi gentium usitatum legere me memini Legis *Platonicae* simile, multoque minus, quod Iudaeorum conveniat consuetudini. Sed neque in horum scriptis Graecis verbum λιθοφορεῖν, aut elegantius λιθολογεῖν, usquam invenietur: et profecto, *qui* lapidem vel *lapides sumebant, quibus damnatum obruerent,* Graece mea sententia dici non possent λιθολογεῖν, vel λιθολόγοι. Sic non *architecti*, sed *fabri* vocabantur *caementarii*, qui aedificaturi λέγουσι, *seligunt* ex paratis lapidibus, qui suis quisque locis apte haereat: τεκτόνων καὶ λιθολόγων mentionem facit *Xenophon* Ἑλλην. IV, p. 507, 27. et p. 314, 25. a quo dici non potuere τέκτονές τε καὶ λιθοδόμοι, quod tamen legitur K. II. III. p. 43, 9. cuius loco nunc verius puto τ. τ. κ. λιθοτόμοι· quod ex MS. Cod. *Polluci* quoque reddendum est L. VII, 118. semel etiam dixit *Xen.* p. 514, 17, Τέκτονας καὶ οἰκοδόμους. nihil enim me movet illud *Thomae M.* p. 615, Οἴκων ἐργάτης, καὶ Τέκτων· οὐκ οἰκοδόμος. cui reddi illud poterit pro λίθων ἐργάτης, in v. Λατόμος. male vero a Grammaticis Λιθολόγοι esse dicuntur οἰκοδόμοι, nisi ab *architectis aedificatoribus* diversissimos *fabros caementarios,* quod non opinor, sic putes appellari posse:

conf. Cl. *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. *Platon.* p. 125 126. — Nihil vero nos iuvant ista ad firmandam *Marklandi* hoc in loco coniecturam, quo mihi tamen etiam prius illud ἐλιθοβόλουν non videtur a *Luca* profectum: quid posuerit, forsan aliquando detegetur. — Sed neque in seq. commate 59 scribere potuit *Lucas*, quod vulgatur:

Καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον, καὶ λέγοντα —

Et Stephanum lapidibus obruebant, invocantem.

Quem? verbum illud ἐπικαλεῖσθαι nomen utique requirit, quod his in libris semper additur. Θεὸν adiiciendum vidit *Bentleius*: ego legere malim cum *Chrysostomo*, ἐπικαλούμενον τὸν Θεόν.

Act. Ap. c. VIII, 37,

Εἶπε δὲ ὁ Φίλιππος· Εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν· ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε, πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν.

Ab optimis Codicibus, minimum triginta, absunt ista omnia, quae reiicienda propterea censuerunt, ut emblema spurium, *Millius*, *Wetstenius*, *Bengelius*, et dudum ante sic iam censuerat, cum pauci tantum Codices essent adhibiti, *Grotius*; unus nuper *Griesbachius* ex Editionis suae contextu semota reiecit in marginem; ut ex margine cuiusdam exemplaris in recentiores aliquot Codices fuerunt recepta.

Comma 39 purum ab emblemate primi nobis dederunt Editores, quale nostris legimus in Edd. Nonnullis in Codd. uncis a me inclusa prostant:

Πνεῦμα [ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος δὲ] Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον —

quae suis iam in exemplaribus veterum Christianorum nonnulli legerunt: a *Chrysostomo* non inventa,

haec illius monstrat interrogatio, διατὶ οὐκ ἄγγελος, ἀλλὰ πνεῦμα ἁρπάζει; — Auctor supplementi loquendi formulam *Lucaneam* de Sp. S. legerat *Act.* A. c. X, 44. et c. XI, 15.

Act. cap. IX, 5, 6,

σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε· Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν· ἀνάστηθι —

Idem de his sentiendum, quod de cap. VIII, 37. nihil horum reperitur in Codd. optimis et plerisque, nisi illud unum [ὃν σὺ διώκεις:] ἀλλ' ἀνάστηθι. Nec ab aliis veteribus Christianis, neque a *Chrysostomo* lecta, ab Editoribus Criticis reiecta, *Griesbachius* omisit in Edit. nupera, atque in suum ista locum relegavit. Ne quis vero Confessionis Augustanae Theologum his in regionibus propterea publice temeritatis insimulet, forte impediet *Theod. Beza*; qui Codicum auctoritate eadem illa reiicienda iudicavit, locum proferens *Aeschyli* ex Prom. Vincto v. 323. legerat illius aptiora in Agam. v. 1633,

Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε· —

Aequalis *Aeschyli*, *Pindarus* dixit Pythion. Oda II, v. 173, — ποτὶ κέντρον δέ τοι Λακτιζέμεν, τελέθει Ὀλισθηρὸς οἶμος. eamdem sententiam aliquoties hoc expressit *Euripides* proverbio, velut in Peliasin apud *Stobaeum* Floril. p. 37, 1. *Grot.* p. 19. Iphig. Taur. v. 1396. *Zenobius* Cent. V. Prov. 70, unius dat *Euripidae* versum, qui est in Bacchabus 794.

Πρὸς κέντρα λακτίζοιμι θνητὸς ὢν Θεῷ;

qui ad hoc emblema aptissime respondet, commodum huc etiam allatus a *Io. Pricaeo*; sicut ad ista *Lucae*, Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; Apollinis respondent ad Achillem *Homerica* in Il. X. v. 9,

Τίπτε με, Πηλέος υἱὲ, ποσὶν ταχέεσσι διώκεις,
Αὐτὸς θνητὸς ἐὼν θεὸν ἄμβροτον;

Sed interpolatoris ista, *τρέμων τε καὶ θαμβῶν*, non sunt coloris *Lucanei:* sequentia sumsit ex *Act. A.* c. XXII, 10, Εἶπον δέ· *τί ποιήσω*, Κύριε; ὁ δὲ Κύριος εἶπε πρός με, *ἀναστὰς πορεύου εἰς Δαμασκόν.*

Act. c. X, 6, ista, *οὗτος λαλήσει σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν:* Codicum auctoritate reiecit in marginem *Griesbachius;* et, §. 7, *τῷ Κορνηλίῳ*, ex Codd. substituit *αὐτῷ.* Plus semel in *Actis* nomen scripserunt librarii, ex margine desumtum, ubi pronomen posuerat *Lucas;* ut c. XII, 13. Codices dant, Κρούσαντος δὲ *αὐτοῦ* — In nostri cap. X. §. 23, recte *Griesbachius* recepit *ἀναστὰς*, quod sic verbis motum significantibus prae ceteris adiicere solet *Lucas;* qui unus omnium, et solus ex Evangeliorum scriptoribus, frequenter adhibet, ex Hebraica phrasi ductum, *ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*· quod propterea, §. 33, mutandum non est. — Sed in huius cap. X, 17, vellem in aliis legeretur antiquissimis Codd. quod in uno tantum repertum fuit Cantabrig.

Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ γενόμενος διηπόρει ὁ Πέτρος, *τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα* —

Abest a Codd. et ab Edd. γενόμενος· huic loco tamen, quod fatendum est, aptissimum: nam secundum §. 10, *ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις, cum ad se rediisset,* διηπόρει, *prorsus haerebat incertus animi, quid tandem istu re significaretur, quam viderat.* Quid sibi vellet ad διηπόρει adiectum ἐν ἑαυτῷ; — *Lucas*, qui *Act.* c. V. 24, scripsit: Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους — διηπόρουν περὶ αὐτῶν, *τί ἂν γένοιτο τοῦτο.* id ipsum dedit cap. XII, 11, ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυ-

τῷ εἶπε, admiratione *Petrus* velut extra se raptus, *cum ad se rediisset, dixit.* — Graeci dicebant εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν, et ἑαυτοῦ γενέσθαι· cuius contrarium erat ἐκστῆναι ἑαυτοῦ. *Plutarchus* T. 1. p. 903. B. τούτου καθεστηκότος ἐξέστη δι' ὀργὴν αὑτοῦ· *cum hoc eveniret, ira a se ipse discessit:* sic corrigo vulgatum τοῦ καθ. *Plato* in Phaedro p. 250. A. ἐκπλήττονται, καὶ οὐκέθ' αὑτῶν γίγνονται. *Sophocles* Oed. in Col. v. 651, ὁ νοῦς ὅταν Αὐτοῦ γένηται. *iratus* ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν, inquit *M. Antoninus* VI. §. 35. *cito ad te redi:* praeter alia, commode *Gataker.* ex *Lucae* profert Ev. c. XV, 17, εἰς ἑαυτὸν ἐλθών, de prodigo scriptum qui resipuerat: plurima protulit *Gataker.* in A. M. P. c. 29. p. 738. nonnulla *Iac. Elsner.* in Schediasm. Crit. p. 34, 35. et *Abreschius* Anim. ad *Aeschyl.* p. 173.

Act. c. XI, 28,

λιμὸν μέγαν — ὅστις —

Cum hoc genere recentioribus Lexicographis tantum innotuerit ὁ λιμός, altero scriptum τὴν λιμὸν suspicor hic illic mutatum ab Editoribus in τὸν λ. — Hoc *Lucae* loco in antiquissimis Codd. legerunt λιμὸν μεγάλην — ἥτις —. In Evang. c. XV, 14. vulgatur λιμὸς ἰσχυρὸς, ubi in quatuor Codd. est λιμὸς ἰσχυρά. *Wetsteniu.* quidem ostendit λιμὸν ἰσχυρὸν optimos dixisse Scriptores Graecos, ipsum etiam *Thucydidem*; sed alterum, multo rarius, usu vulgi tamen tritum, istis in locis *Lucae* restituendum est, et Ev. c. IV, 25. ubi saltem ex duobus libris scriptis λιμὸς μεγάλη fuit enotata. reiecit λιμὸν πονηρὰν Alex. Codicis *Grabius Jerem.* XVII, 18, qui hoc in genere rentenos errores commisit. Ex Dorismo multa remanserunt in communi Lingua; inter ista referatur ἡ λιμός. *Ety-*

mologus M. p. 566, 10. ὁ λιμὸς Ἀττικῶς, ἡ λιμὸς Δωρικῶς. ad *Phrynichi* Ecl. et ad *Thom. M.* quaedam leguntur notata. — *Eram*, elegantioribus ἦν, in communi Dialecto dicebatur ἤμην· quod ab ἐμὶ, ἔμαι ducit *Heraclides Eustathii* in Od. I. p. 372. 48. et in Od. Ξ. p. 558. 33. *Moeris Attic.* Ἦν ἀντὶ τοῦ ἤμην, Ἀττικῶς. Ἤμην, Ἑλληνικῶς. Haec et horum similia si tractasset *Beza*, non scripsisset ista in huius *Act.* cap. XI, 17. (ubi optime legitur: ἐγὼ δὲ τίς ἤμην;) „Expunxi particulam „δὲ — sed et fortasse rectius legeris εἰμὶ, *sum*: „nam istud ἤμην penitus Poëticum est.“ imo ἤμην communis est Graecismi, neque usquam apud *Homerum* invenietur.

Act. c. XIII, 6,

Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου —

Qualia in contextum Scriptorum Graecorum et Latinorum mox ex Codd. reciperentur, his in libris a plerisque negliguntur. — Halac nuper adeo *Griesbachius* optime vocem ὅλην ex Codd. recepit, sua sede sic collocandam:

Διελθόντες δὲ ὅλην τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου. — Seleucia Paulus et Barnabas nave vecti in insulam Cyprum pervenere; in eius portum Orientalem delati, primum Evangelica doctrina Iudaeis illic Salaminiis annunciata, Cyprum *totam* peragrarunt, Paphum usque, in Occidentali insulae latere sitam. Quis itaque dubitet, quin vocem in optimis libris scriptis inventam ipse *Lucas* addiderit?

Paulo post, § 8, ubi dicitur Elymas voluisse

διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως.

vellem Codices nobis darent, ἀποστρέψαι, *avertere:* volebat etiam Sergium Paulum διαστρεψαι, *pervertere;* sed, quod additur, ἀπὸ τῆς πίστεως,

alterum, ut puto, requirit: *conabatur proconsulem avertere a fide.* Hac structura semper ἀποστρέφειν etiam ab Alexandrinis adhibetur A. F. Interpretibus, ab ipso *Luca* Act. A. c. III, 26, ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν. *Iobi* c. XXXIII, 17, ἀποστρέψαι ἄνθρωπον ἀπὸ ἀδικίας. atque eodem modo verbum adhibent *Thucydides, Xenophon, Plato*, ceterique scriptores optimi: *Thucyd.* p. 295, 58. p. 573, 76. in horum duobus locis codices illud servarunt: *Xenophon* p. 70, 21. p. 171, 42. p. 326, 7. etc.

In eiusdem cap, XIII, 23, de Davide loquutus Paulus, ex huius, inquit, posteris Deus

Ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα Ἰησοῦν.

Wolfius in Curis Philolog. „Codd. ait, nonnulli, „versiones item et Patres hic legunt: ἤγαγε τῷ „Ἰσραὴλ σωτηρίαν Ἰησοῦν.“ — Quis tandem Patrum, quis interpretum tam absurdam lectionem exhibuisset, vel adprobasset? qualis in nullo fuit Codice reperta; nam qui dant σωτηρίαν, omittunt nomen Ἰησοῦν. Vulgata defendendi studio *Wolfius* abreptus hic etiam multos in errorem induxit. — Pro ἤγειρε nonnulli veterum hic ἤγαγε legerunt, quod multi Codices etiam praeferunt; in quibus, pro σωτῆρα Ἰησοῦν, totidem literis legitur σωτηρίαν. nam binas istas voces librarii scribere solent in Codd. N. F. $\overline{\sigma\rho\alpha}$ $\overline{\iota\nu}$. — Hoc in loco miror adeo placere potuisse nonnullis ἤγαγε· ut illud nuper in contextum fuerit receptum. Quia paulo ante *Lucaneus Paulus* dixerat ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα, hic idem verbum repetitum mutandum videbatur correctoribus; male: usitata Hebraeis ista est forma loquendi. — Sive autem dixeritt, *Israëlitis* ἤγειρε σωτῆρα Ἰησοῦν: seu σωτηρίαν· idem est sensus: per σωτηρίαν enim nemo

dubitabit, quin *Iesus Salutifer* sit intelligendus: hoc itaque ex Codd. recepto, libenter legerim:

ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ σωτηρίαν.

Act. c. XIV, 13.

Ὁ — ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως. —

Simulacrum Iovis ante urbis portam positum hic intelligunt Interpretes; sed Deorum statuae sic sub dio collocatae *septo*, ἔρκει vel περιβόλῳ, cinctae suos certe non habebant sacerdotes. *Templum Iovis*, prope urbem Lystrorum conditum, hic intelligendum est; quod si more Graecorum designavit *Lucas*, articulum elisum, scribendumque arbitror:

ὁ ἱερεὺς τοῦ τοῦ Διὸς, τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως, — ἤθελε θύειν.

Articulo, qui semel a librariis fuerat scriptus, repetito, *Casaubonus* saepe loca apud *Athenaeum* commode sanavit, et *Platonis* insiguem e Gorgia (T. I. p. 481,) locum Animadv. in *Athen.* IX. cap. XII. p. 680. *Iovis templum*, τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν, hac voce per ellipsin omissa, dicitur τὸ τοῦ Διός· *Herodotus* I, c. 182, κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαίου γυνή. *Templum Cereris*, τὸ τῆς Δήμητρος ab *Hesychio* dicitur in v. Ἀνάκτορον. *Dianae venatricis templum* Athenis, ναὸς Ἀγροτέρας Ἀρτέμιδος a *Pausania* dictum, simpliciter a *Platone* vocatur τὸ τῆς Ἀγραίας, T. III. p. 229. B. requiritur in talibus articulus repetitus: absque articulo tamen etiam dicebant in sermone familiari ἐν Ἀρτέμιδος· ἐν Διονύσου· ἐν Θεσμοφόροιν (*Aristoph.* Thesmoph. v. 89.) εἰς Διδυμέως· ἐν Πυθίου, *Thucyd.* p. 412, 44. ἐν Διονύσου p. 564, 46. *Callim.* Epigr. LXI, Ἰναχίης ἔστησεν ἐν Ἴσιδος. eadem Romanis placuit ellipsis.

Act. cap. XIV, 26,

Κἀκεῖθεν ἀπέπλευσαν εἰς Ἀντιόχειαν, ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον, ὃ ἐπλήρωσαν.

Inter Varias Lectiones a *Wetstenio* collectas legitur: Ἦσαν] ἧσαν *T. Hemsterhusius:* primae litterae *ἰῶτα* procul dubio subscripserat, ut sit *ἧσαν, ierant,* vel *venerant:* absque litera subscripta recepit hinc forsan *Hesychius:* Ἦεσαν, ἐπορεύοντο, ἦρχοντο. qui supra dat: Ἦεν, ἤϊεν. et Ἤιει, (ἦει) ἐπορεύετο, ἤρχετο. quorum hoc in Lexico scribi potuit Tragico: *Sophocles* in *Clementis Alex.* Strom. V. p. 716, 16,

Πρὸς λέκτρον ἦει καρδίαν ὠδαγμένος.

Euripides in Ione v. 1153,

Πλειὰς μὲν ἦει μεσοπόρου δι' αἰθέρος. —

a *Thoma Mag.* in Ἰὼν p. 428, adnotantur Ἀπῆειν et Διῆειν. *Etymologus M.* in Ἀπῆμεν p. 121, 29, ἔστιν Εἶω — τὸ πορεύομαι. — τούτου ὁ μέσος παρακείμενος, Εἶα, καὶ — ἦα· τὸ πληθυντικὸν, ἦαμεν, καὶ — ἦμεν. — v. 41, ποιεῖ τὸ ὑπερσυντελικὸν, ἦειν· — ἀπῆειν, καὶ παρῆειν· καὶ ἐξῆειν. τὸ τρίτον. *plur.* ἀπῆεισαν, καὶ — ἀπῆεσαν. Composita frequentius occurrunt quam simplex, quod legitur apud *Isaeum* p. 81, 31, πῶς — ἀποστερούμενοι οὐκ ἦμεν ἐπ' αὐτά; *cur — non venimus ad ista vindicanda.* Quid vero sibi vult in *Harpocrationis* Lex. Ἤεμεν, ἀντὶ τοῦ ἤδειμεν Ἀντιφῶν; *Blancardus* praepostera diligentia, vitiata quoque digerens ad seriem literarum, multos in errorem induxit, ipsum etiam *T. H* in *Aristoph.* Plut. v. 696. si hanc notam, ut fuerat ante vulgata, reliquisset inter Ἡρία et Ἡτημένην· ex vera serie patuisset, scribendum ἧσμεν· literae subscriptae, vel ad latus positae, nulla habetur in talibus Lexi-

cis ratio, quod monstrat vel in *Harpocr.* et *Suidâ* Ἱῶν, in antiquis Edd. istius literae ultima adnotatio. — Sed haec vera quidem, nec multum tamen facere videbuntur ad locum *Lucae*, sive ad confirmandam *Hemsterhusii* coniecturam, ἦεσαν illic legentis, pro ἦσαν. Verbum tamen Εἶμι ipsi *Ioanni* innotuit: quod enim in Ev. *Ioann.* c. XIII, 33, ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν, supra dixit c. VIII, 34, ὅπου εἶμι ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. — In hoc ipso capite Evang. *Ioannis*, paulo post ista, quae leguntur in Edd. et in Codd. vitiata amicus eruditus mihi facile olim persuasit leni posse correctione persanari, si sic legerentur:

Ioann. C. VII, 37, 38,

> Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω, πιστεύων εἰς ἐμέ. [καὶ,] καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.

Sed id nunc non agimus. — *Lucae* verbis Act. XIV, 26, correctio *Hemsterhusii* suam, ni fallor, indit sententiam: *Illinc Antiochiam navigarunt,* ὅθεν ἦεσαν, παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν. ut haec verborum sit structura: ὅθεν, παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, ἦεσαν εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν· *unde*, vel *ex qua urbe, gratiae divinae commendati, iverant ad opus quod perfecerant.* Haec pendent ab *Act.* c. XIII, 1, 2, 3. Illic Doctores et Prophetae, qui Ecclesiae Antiochenae inservieba.t, divinitus iubentur Paulum et Barnabam mittere ad Evangelium praedicandum: ἀφορίσατε δή μοι *Barn. et Paulum*, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. obediunt mandato divino; postquam ieiunio se parassent, solemnes preces concipiunt; tum manus

ipsis imponunt; sic tandem illos ad opus perficiendum Antiochia dimiserunt: §. 3, *νηστεύσαντες, καὶ προσευξάμενοι, καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν.* In insulam Cyprum, hinc in alias regiones, in hoc cap. et seq. memoratas, profecti, Antiochia certe discesserunt *παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ*, in solemni nempe precatione illic memorata, atque in votis nuncupatis, dum manus illis imponerentur. Paulus et Barnabas Ecclesiis, quas in hoc itinere fundaverunt, *πρεσβυτέρους* praefecerant; quomodo? *Act.* c. XIV, 23, *προσευξάμενοι*, inquit *Lucas*, *μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν.* votis nuncupatis *tales Deo* vel *Domino commendare* dicitur hic *παραθέσθαι τῷ Κυρίῳ.* idem est, si dicantur viri Apostolici vel Apostoli, quos publica mittunt auctoritate, *παραδιδόναι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ*· ut adeo gratiae divinae sic *παραδεδομενοι* sint etiam *Κυρίῳ παρατεθειμένοι*, *Domini velut fidei commissi*, instar depositi. *Act.* c. XV. 40. Paulus *ἐξῆλθε, παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν.* ultimum vale dicens Ephesinae Ecclesiae praefectis, quos Miletum ad se vocaverat, *Act.* c. XX, 31, *παρατίθεμαι*, inquit, *ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ.* Tandem hoc in loco optime iunguntur *ὅθεν ἦεσαν*, id est *ὅθεν ἦλθον*, *unde venerant*, vel *abierant* ad Evangelium variis in civitatibus praedicandum: *ὅθεν* sic a *Luca* adhibetur in Ev. c. XI, 24, *ὑποστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον.* quae dederat et *Matth.* Ev. c. XII, 14. — *Act.* c. XXVIII, 13, *ὅθεν* (*Syracusis*) *περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον.*

Act. c. XVI, 19,

Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν.

Tempus finitum ab *Herodoto*, *Platone*, aliisque dicitur ἐξελθεῖν· de spe, quae evanuerat, illud non adhibetur; neque etiam adhibuisset alibi *Lucas*; sed, ubi fatidicae mulieris vim divinandi dixerat ad nutum Pauli, domini sui nomine iubentis, extinctam; nam *πνεύματι* (Πύθωνος εἶπεν — ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς· καὶ ἐξῆλθεν, inquit Pauli comes, *Lucas*, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, commode verbum illud repetit de ipsa *spe* lucri, vel quaestus, *quam in ancilla nullam* amplius *habebant reliquam*, sed prorsus videbant desperatam; aliorum hic commentariis antepono haec pauca *Bezae*: „sic venuste loquitur *Lucas*, „quasi una cum illo impuro spiritu quaestus etiam „istorum emigrasset.“ Vt hic *Lucas*, *quaestum* quocunque *opere acquisitum* Ἐργασίαν interdum vocant Graeci recentiores. Ex *Phylarchi* Histor. L. XXV. hanc etiam, Sybaritis dignam, Legem exhibet *Athen.* XII, p. 521. C. *εἴ τις τῶν ὀψοποιῶν ἢ μαγείρων ἴδιον εὕροι βρῶμα καὶ περιττὸν* [*τὴν σκευασίαν* libenter insererem, quam vocem expellere potuit quod sequitur,] *τὴν ἐξουσίαν μὴ εἶναι χρήσασθαι τούτῳ ἕτερον πρὸ ἐνιαυτοῦ*, — *ὅπως τὸν χρόνον τοῦτον ὁ πρῶτος εὑρὼν καὶ τὴν ἐργασίαν ἔχῃ.* vocem *ὅπως* sic recte transposuit, qui emendat seqq. *Casaubonus*, quae tueri voluit *Abreschius* Diluc. *Thucyd.* p. 83. *si quis coquus peculiarem cibum eiusque parandi exquisitam rationem invenerit, sic cibum istum parare alleri ante annum elapsum fas non sit; ut primus inventor per istud temporis spatium illinc etiam quaestum faciat:* rationem cibi parandi, *τὴν σκευασίαν* omnino requiri arbitror.

Τὰς *σκευασίας πάντων* [*τε*] *καὶ τὰς σκευάσεις*, se callere coquus gloriatur *Alexidis* Comici apud eundem III. p. 107. E. Eiusdem *Timoni* in Sillis IV. p. 160. A. nihil istorum, sed placebat:

Ἑλλήνων ἡ πᾶσ' ἀπερισσοτρύφητος ὀϊζύς.

sic puto scribendum, pro πᾶσα περισσοτρύφητος. — *Lucae* sententiam his verbis expressit Interpolator in Cod. Cantabrig. Ὡς δὲ εἶδαν οἱ κύριοι τῆς παιδίσκης, ὅτι ἀπεστερῆσθαι τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἧς εἶχαν δι' αὐτῆς. *Millius* pro ὅτι ἀπ. scribendum illic putabat, ὥστε ἀπεστερῆσθαι. quod prorsus illinc est alienum: rectius dixisset αὐτοὺς scribendum pro αὐτῶν. — ὅτι per pleonasmum sic infinitivis interdum praefigunt Scriptores etiam optimi, *Plato* de LL. X. p. 892. D. *Xenophon* p. 268, 37. p. 534, 35. *Lucianus* T. III. p. 150. ut mirum non sit sic voculam a *Luca* positam Act. c. XXVII, 10. de quo usu iam notarunt *Henr. Stephanus* in Append. Thes. Gr. L. p. 76. *Raphelius* Annot. II. p. 195. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 261. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* I. p. 272. aliique. — Quales vero formas hic praebet Codex Cantabrig. Alexandrinas, εἶδαν et εἶχαν, tales habet permultas, non in ceteris tantum Evangeliis, sed et in utroque *Lucae* libello, qualem ego saltem a *Luca* nullam arbitror profectam: in *Lucaneis* istius Cod. reperiuntur, huius generis, praeter ista duo, nonnulla saepe repetita: εἶπαν· ἔφυγαν· συνέπνιγαν· ἦλθαν· ἐξῆλθαν· προσῆλθαν· ἐπῆλθαν· εὗραν· ἔλεγαν· ἐνέπαιξαν· ὑπέστρεφαν· ἔβαλαν· παρεῖχαν· συνέσχαν· ἤθελαν. et paulo diversa, etiam Alexandrina, ἐθορυβοῦσαν, *Act.* c. XVII, 5. ψηλαφήσαισαν, ibid. §. 27. et εὕροισαν, ibid. §. 27. Haec et horum similia in isto Cod. reperta mihi quidem persuadent, interpolatorem istum esse antiquissimum; quod hic commode demonstrari non potest.

Vltima huius cap. XVI, multo paucioribus verbis a *Luca* expressa, variis emblematis sic interpolavit homo certe impudentissimus:

Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ὅτι Ῥωμαῖοι εἰσὶν, ἐφοβήθησαν, καὶ παραγενόμενοι μετὰ Φίλων πολλῶν εἰς τὴν Φυλακὴν παρεκάλεσαν αὐτοὺς ἐξελθεῖν, εἰπόντες, ἠγνοήσαμεν τὰ καθ' ὑμᾶς, ὅτι ἔστε ἄνδρες δίκαιοι. καὶ ἐξαγαγόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς λέγοντες· ἐκ τῆς πόλεως ταύτης ἐξέλθατε, μήποτε πάλιν συστραφῶσιν ἡμῖν, ἐπικράζοντες καθ' ὑμῶν. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς Φυλακῆς ἦλθον πρὸς τὴν Λυδίαν· καὶ, ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς, διηγήσαντο ὅσα ἐποίησε Κύριος αὐτοῖς, παρεκάλεσάν τε αὐτοὺς καὶ ἐξῆλθαν.

In his unicum tantum est rectius vulgato, πρὸς τὴν Λυδίαν· ubi nostrae nunc dant Editiones, εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν· *J. Piscator*, vir egregius, scribendum putabat, εἰς τὴν Λυδίας, nempe οἰκίαν· in talibus articulus non adhibetur: εἰς Δαμνίππου· εἰν Ἀρχένεω τοῦ ναυκλήρου, sunt oratoris *Lysiae* p. 195, et 196. ἐν Φαίακος, *Eubuli* Com. ap. *Athen.* III. p. 106. B. apud quem *in Museo Alexandrino* dicitur ἐν Μουσῶν, L. XV. p. 677. F. proverbium dat *Zenobius* Cent. II. 46. Ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς Φίλων Φίλοι. ibid. 42, Ἀεί τις ἐν Κόδωνος· ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι, *Aristoph.* Pluto v. 84. — Multo plura proferri possent praeter ea, quae prostant, ab aliis collecta, huius, εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν, simillima; quia vero nusquam alibi *Lucas* ista ratione scribit, πρὸς in talibus adhibens, hic etiam, quod optimi dant Codices, scribendum arbitror:

εἰσῆλθου πρὸς τὴν Λυδίαν.

Act. c. XVII, 2, 3.

— διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, [3] Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν, —

De Scriptura S. cum aliquo *colloqui* a *Luca* dici non potuit διαλέγεσθαι ἀπὸ τῶν γραφῶν, a quo

-Διαλέγεσθαι, ut ab aliis, adhibetur, hoc ipso cap. XVII, 17. c. XVIII, 4, Διελέγετο *singulis diebus Sabbati*, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας. Ephesi dicitur *Paulus Act.* c. XIX, 8. per tres menses Iudaeis διαλεγόμενος καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. quomodo vero Iudaeis persuadebat veritatem Christianae religionis? demonstrans, Iesum, cuius commendabat doctrinam, esse quem exspectabant Messiam. Hanc in rem Iudaeis certe loca Foederis Antiqui Messiam spectantia proferenda erant, et ad veram normam explananda: atque ita dicitur *Paulus Act.* c. XVIII, 28, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Romae Iudaeis (*Act.* XXVIII, 23.) ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ Νόμου Μωσέως καὶ τῶν Προφητῶν. conf. Petri dictum *Act.* c. III, 18. Quum Gentiles haberet auditores *Paulus*, his alio longe modo veritatem persuadebat. Quid vero illic dicta τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ continuerint, manifestum facit vel hic ipse locus *Act.* cap. XVII, 3,

Ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, Ἰησοῦς ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.

quorum naturalis situs est: ὅτι Ἰησοῦς οὗτος, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν, ἐστιν ὁ Χριστός. Cum his paulo curatius comparanda sunt *Lucae* in Evang. fine narrata cap. XXIV, 25, 26, 27, 32, 45. caecis ista discipulis, quem non noverant, e mortuis excitatus Iesus, οὐχί, dicebat, οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ; [conf. *Petri* ad Iudaeos dictum *Act.* c. II, 36.] §. 27, Καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ πάντων τῶν Προφητῶν, διηρμήνευεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς

γραφαῖς τὰ περὶ αὐτοῦ. — Illud διερμήνευεν paulo post §. 32. dicitur ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς. In his permutantur phrases, διερμηνεύειν ἐν ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ et Διανοίγειν τὰς γραφάς· explanatore non indigebant amplius paulo post divina quadam luce (maiore die Pentecostes illuminandi,) collustrati; nam *Lucas*, ibid. §. 45, διήνοιξεν, inquit, αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς. Nunc demum via plana facta est ad illa, quae posui, intelligenda. — Quia hoc uno in loco *Lucas* verbum adhibuit Παρατίθεσθαι, significandi vim, ab uno si discedas *Erasmo*, nullus interpretum habuit cognitam; primus indicavit Cl. *Hemsterhusius* in observatis ad *Scholia* in *Aristophanis* Plutum p. 244; *verba*, inquit, *et testimonia scriptorum ad probandum citata qui profert et in medium adducit, dicitur illa* Παρατίθεσθαι. Positis tum *Lucae* verbis, *vertendum*, ait, *erat: locis ex antiqui Foederis volumine testimoniisque prolatis adfirmans.* Laudato *Hemsterhusio*, *Toupius* Emend. in *Suid.* T. III. p. 200. „Notandum, inquit, verbum παρατίθε„ται. quod haud protritum est. Παραθέσθαι est „*locis veterum allatis rem explanare et confirma*„*re.*“ Quod scribit *haud protritum* illud esse, hoc nempe significatu, de *Suida* quidem, de aliis Grammaticis dici non debet; neque scriptores antiquissimi illud in istum sensum adhibere potuerunt. *Athenaeus* certe frequentissime utitur ista ratione verbo Παρατίθεσθαι. L. II. p. 60. E. III. p. 127. B. VI. p. 269. E. IX. p. 375. F. X. p. 425. F. XI. p. 467. E. 472. E. 479. B. quorum loca nonnulla iam designavit, qui vim verbi notissimam habuit *H. Valesius* in *Harpocrat.* p. 33. quam nusquam miror attigisse *Casaubonum* in Anim. ad *Athen.* ubi plerumque semper errat in hoc verbo

interpres: parcius illud adhibuit suis in *Homerum* comment. *Eustathius*, his forte duobus tantum in locis, ad Il. Γ. p. 286, 11. ad Od. Φ. p. 768, 10. ter quaterve uno in loco Schol. *Pindari* ad Ol. X, 83. Grammaticus *Ammonius* et alibi sic adhibuit, et, ubi Θεωρὸς et Θεατὴς distinguuntur, *Lysimachiden* ista scribit accurate distinxisse, *multis* eam in rem *veterum locis prolatis*, καὶ πολλῶν, inquit, παραθέσεις ποιεῖται. sua ipsius citat *Longinus* π. Ὑ. S. XXIII, 7. καὶ τὸ Πλατωνικόν, ὃ καὶ ἑτέρωθι παρατεθείμεθα. S. XXXIII, 5. παρατεθειμένος οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτὸς ἁμαρτήματα, καὶ Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων. — *Dionysius Halicarn.* T. II. p. 302, 35, ὅταν — μαρτύρια φέρω, λέξεις τινὰς παρατιθεὶς τῶν χρησαμένων αὐταῖς ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων. — Digna sunt quae exigantur *Demetrii*, qui dicitur *Phalereus*, π. Ἑρμ. §. 86, Ἔνιοι καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις τοῖς ἐπιφερομένοις, — ὡς ὁ Θέογνις παρατίθεται τὸν τόξον (legerim, τὸν τοξεύοντα) Φόρμιγγ' ἄχορδον, ἐπὶ τοῦ τῷ τόξῳ βάλλοντος. In exemplum talis metaphorae proferuntur etiam ab *Aristotele* Rhetor. III. p. 138, 25. ἡ ἀσπὶς dicta Φιάλη Ἄρεος, καὶ, τόξον, Φόρμιγξ ἄχορδος. Sed quis iste *Theognis*, qui hoc veteris, nobis ignoti, Poëtae proferebat; Rhetor, an alius? vero *Demetrio Phalereo* datur huius nominis ἐρώμενος a *Carystio Pergameno* apud *Athen.* XII. p. 542. F. nam libelli *Demetrii* interpres, qui *Theognin* Poëtam intellexit sic *arcum* vocantem, nihil habuit, quo illud firmaret. — Ex his liquet verbum ista vi satis esse *protritum*, quod negabat *Toupius*, neque significare, quod ille aiebat, *locis veterum allatis rem explanare et confirmare*, sed simpliciter *loca* vel *testimonia in medium proferre*: duplex ista vis, quam uni verbo tribuit, duobus inest *Lucaneis*

Παρατίθεσθαι et Διανοίγειν: atque hoc ordine, si Codices faverent, libenter legerem verba *Lucae* collocata:

Ἐπὶ τρία σάββατα διελέγετο αὐτοῖς, (3) Ἀπὸ τῶν γραφῶν παρατιθέμενος καὶ διανοίγων, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν, —

Moysis et Prophetarum loca quaedam proferebat explicabatque, quibus demonstrabat Messiae evenire debuisse quae evenerant in Iesu; atque istum Iesum, cuius doctrinae esset praeco, esse τὸν Χριστὸν, quem exspectabant. Antiqui Foederis loca, qualia περιωχὰς etiam dicebant, τόπους et χωρία, nonnunquam etiam vocabant γραφάς: sive iam dicatur τινὰς τῶν γραφῶν παρατιθέμενος, seu ἀπὸ τῶν γραφῶν παρατιθέμενος, nihil interest. Iam vero ὁ παρατιθέμενος καὶ διανοίγων τὰς γραφὰς idem est ac ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν. — In seq. §. 4, qui vix toleranda confidentia his etiam in libris sacris grassatur, *Thom. Mangey* verbo, quod nemini fuit unquam suspectum, προσεκληρώθησαν substitui posse putabat προσεκολλήθησαν: hoc sibi refutandum sumsit *Wesselingius* in Epist. ad *Herm. Venemam* p. 12. — Quanto modestior *Jer. Marklandus* in hoc ipso capite *Act.* XVII, 11, vocem εὐγενέστεροι suspicabatur mutari posse in εὐμενέστεροι, in nota ad vitam *Lysiae* scriptam a *Dionysio Halic.* P. LXXI. ego vero vocem illic aptissimam alterâ, his in libris, ut in versione Alex. prorsus inusitatâ, omnino non mutarem; sed, si paulo plus posset auctoritatis conciliari alteri coniecturae, non illibenter in huius c. XVII, 14. pro θάλασσαν, legerem Θεσσαλίαν, cum *Marklando* in *Lysiae* p. 509. lin. penult. ubi tam copiose et eleganter hanc lectionem commendat, ut ferme vetus et

genuina videri possit; neminem enim, harum rerum intelligentem, dubitaturum confido, inesse his etiam libris hic illic dudum ante vitiata, quam Codices scriberentur, qui quidem ad nos pervenere: sed haerent ista vitia in locis, quae nihil prorsus faciunt ad religionem Christianam, cuius capita toties leguntur repetita, ut vere dici possint ad nos pervenisse ab omni labe intacta.

— Quas in huius cap. XVII. *Act.* §. 19, 20, proponit *Toupius* Em. in *Suid.* T. III. p. 152, 153, mutationes non facile admiserim. Formula *τί ἄν θέλοι ταῦτα εἶναι·* est et aliorum, et *Lucanea*, *Act. A.* c. II, 12. atque huic certe loco aptissima. Pro *δυνάμεθα γνῶναι*, inserta negatione legendum putat *Toupius*, *οὐ δυνάμεθα γνῶναι·* quia absque illa *oratio quodammodo* ταυτολόγος videbatur *et minus accurata;* mihi vero *Δυνάμεθα γνῶναι*, — et *Βουλόμεθα γνῶναι* posita videntur in eumdem sensum. Primum dixisse narrantur accusatores Attici: *Δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή.* dicti rationem clarius indicant his adiectis: *Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν.* his per parenthesin interiectis, eamdem rem verbis diversis proponunt: *Βουλόμεθα οὖν γνῶναι, τί ἄν θέλοι ταῦτα εἶναι· libenter itaque cognoscemus, quid ista sibi velint.* Post pauca etiam interposita, sic orationem redorditur vocula *οὖν.* quem usum attigerunt praeter *Hoogeveenium* Doctr. Part. p. 1010. *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 226. *Hemsterhusius* in *Lucian.* I. p. 323. et *Raphelius* Annot. I. p. 374. — sive autem dicatur *Δυνάμεθα γνῶναι·* seu *Βουλόμεθα γνῶναι·* nihil interest, quum haec verba nonnunquam inter se permutentur: in Ev. *Marci* cap. VI, 5. *οὐκ ἠδύ-*

γατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι· significari, *nolebat*, οὐκ ἐβούλετο, vel οὐκ ἤθελε, iam dudum ante alios monuit *Henr. Stephanus* in Append. Thes. Gr. Ling. p. 50. ubi varios verbi significatus recenset *Gregorius Nazianz.* Or. XXXVI. p. 585. attigit et τὸ ἀβούλητον, ὡς τὸ μὴ δύνασθαι ἐκεῖ σημεῖα ποιῆσαι. Scriptores etiam optimi verbum Δύναμαι sic adhibent. *Xenophon*, K. Π. III. p. 44, 30, οὐδ' ἂν ἐπίσταιντο ἐργάζεσθαι, οὐδ' ἂν δύναιντο. Symp. p. 516, 8. ἀφεκτέον — Φιλημάτων — τῷ σωφρονεῖν δυνησομένῳ. sed hunc usum Philologi satis iam adfirmarunt.

Act. c. XVIII, 9, 10.

Mutata tantum interpunctione haec censuit adiuvanda *Lennepius* in *Phalar.* Ep. CIX. p. 515. mihi verba videntur ad mentem *Hemsterhusii* sic transponenda, ut legamus:

Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ· καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε, διότι ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ. —

Act. c. XX, Comma primum libenter legerem una voce auctius, quam sexdecim minimum Codices optimi subministrant:

Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, προσκαλεσάμενος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς, καὶ [παρακαλέσας] ἀσπασάμενος ἐξῆλθε πορευθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν.

Mox de aliis illud auditoribus repetitum, fecit ut priore loco omitteretur. — Mirum est ex nullo Cod. quid varietatis enotatum, quod quidem ad rem sit, in istis §. 4, quo Paulum iu Asiam comitati narrantur

Σώπατρος Βεροαῖος· Θεσσαλονικέων δὲ, Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος· Ἀσιανοὶ δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος.

Quia nesciebant, quo pertineret Δερβαῖος, media sic sine interpunctione reliquerunt. *Grotio* τὸ Θεσσαλονικέων *pertinere* videtur *ad quatuor quae sequuntur nomina:* sic *Gaïus* diceretur Thessalouicensis, et simul Derbensis, vel *Derbaeus; origine Derbaeus*, inquit *Grotius*, *natus in Macedonia;* sed, ubi prima vice nominatur, cur potius *Macedo* diceretur, quam *Derbaeus*, *Act.* c. XIX, 29. illic diserte *Lucas* Γάϊον dicit καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας, συνεκδήμους τοῦ Παύλου· imo Macedones, sive Thessalonicenses, de his tres fuere:

Ἀρίσταρχος, καὶ Σεκοῦνδος, καὶ Γάϊος.

cuias vero Timotheus fuit; an huius unius patria non fuisset memorata? imo vero *Derbaeus* fuit: καὶ in δὲ mutato (et solent istae voculae ubique in Codd. permutari) feliciter olim emendavit *Adr. Heringa*, Leovardiensis Medicus,

Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος·

qua orationis forma subiungit *Lucas*:

Ἀσιανοὶ δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος.

Paulo non innotuit ante Timotheus, quam in urbes Lycaoniae Lystra et Derben venisset: in has urbes cum Barnaba fugit ex vicina Iconio *Act.* c. XIV, 6. haesit primum Lystris; venit Derben, ibid. §. 20. post varia itinera cum rediisset in haec oppida, *Act.* XVI, 1, Timotheum, fidum comitem futurum, sibi adsumsit, matre Iudaea natum, patre gentili. — Non quidem in v. Δέρβη, sed a *Stephano* tamen *Byz.* in v. Ἄβαι, duplex adnotatur ἐθνικόν, Δερβήτης καὶ Δερβαῖος. — Ex reliquis aliquo-

ties a *Paulo* memoratur Τυχικὸς, a quo diversus fuit *Fortunatus:* Φορτουνάτου sit semel mentio 1 Ep. ad *Cor.* c. XVI, 17; adolescentis *Eutychi* nostro cap. *Act.* XX, 9. pro Εὔτυχος rectius illic, iudice *Grotio*, scriberetur Εὐτύχης· sed qui dicitur a Graecis semper Αἰσχίνης, *Aeschinus* est in Adelphis *Terentii*, estque servuli nomen bene ominatum *Eutychus* aliquoties in lapidibus antiquis; quod *Pricaeus* iam monuit. — Paulo post occurrit loquendi formula, cuius similem nusquam legi: ἤλθομεν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν Τρωάδα

ἄχρις ἡμερῶν πέντε·

optime *Beza: au bout de cinq jours. intra dies quinque.* πλεύσαντες oportet a lectore repetatur ex vicino ἐξεπλεύσαμεν· ut *Grotius* animadvertit: non dubito, quin vulgata hic scripserit *Lucas*, a quo scribi potuerat, una voce [ἤλθομεν] — πεμπταῖοι. quod est in Cod. Catabrig. uti certe scripsit *Act.* c. XXVIII, 13, δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους. de Lazaro scriptum τεταρταῖός ἐστι, *Ioann.* Ev. c. XI, 39. de Armenio *Plato* de Rep. X, p. 614. δωδεκαταῖος ἀνεβίω· apud *Athen.* XIII. p. 606. F. mulier in India moriens elephanti commisit παιδίον αὐτῆς τριακοσταῖον, *triginta dies natum.* — Quod vero ne dignum quidem memoratu iudicarunt alii, a spectatissimis aliquot Codicibus, pro Ἔκρινε, oblatum κεκρίκει a *Luca* scriptum arbitror

§. 16. Κεκρίκει γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον.

id ipsum Latinus expressit Interpres, *Proposuerat.* istius ε plusquamperfecti omissi sunt in hoc quoque libello *Lucae* exempla, περιπεπατήκει· πεπιστεύκεισαν, *Act.* c. XIV, 8, 23. plura in Ev.

Marci, quae *Iungermannus* iam attigit ad *Longi* Pastor. p. 215. de re tantilla, qui nihil in hoc genere negligendum iudicabant, adnotare nonnulla viri dignati sunt primarii *H. Stephanus* in Append. Thes. Gr. L. p. 147. *Is. Casaubon.* Anim. in *Athen.* II, c. XV. etiam plura *T. H.* in Miscell. Observ. IV. p. 291. In scriptis Atticorum veterum rarius ista litera negligitur; tempus tamen istud verborum frequenter adhibent; quaeque recentiorum Atticorum auribus accidissent duriora, reperiuntur in *Thucydideis* ista: προσεβεβοηθήκει· ἐπεβεβλαστήκει (p. 182, 36;) ἐνενικήκει· ἐσεβεβλήκει· ἐσεπεπλεύκει· προὐκεχωρήκει (325, 57. ut 324, 26;) προὐτετελεύκει· ἀντεκεκρούκει· ἐπεπονήκει· ὑπέρεβεβλήκει. In P. 182, 35. ex Codd. recipi debuerat (hoc in *Thucydide* centenis vicibus repeti poterit) εἴτι ἐπιβεβλαστήκει. — sed in his omnibus syllaba postrema scripta fuit ab ipso *Thucydide* — κη, teste Grammaticorum doctissimo *Heraclide* ap. *Eustath.* in *Hom.* Od. Ψ. p. 813, παραδίδωσι Ἡρακλείδης, ὅτι Ἀττικοὶ τοὺς τοιούτους ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ η μόνῳ περατοῦσιν, ᾗδη λέγοντες, καὶ ἐνενοήκη, καὶ ἐπεποιήκη· — καὶ Θουκυδίδης δὲ κέχρηται τῷ τοιούτῳ Ἀττικῷ ἔθει. his interiecta forte quis miretur, teste tamen idoneo, *Panaetio* firmata: καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τας γραφὰς παρὰ Πλάτωνι. conf. *Suidas* in Ἐπεπόνθη καὶ ἐωράκη. indignus erat *Phavorinus*, quem hac in re advocaret *Maittairius* de Dial. p. 64. — Ad *Lucaneum* Κεκρίκει propius accedit *Xenophonti*, pro πέπεικε, reddendum K. A. VI. p. 224, 36, *dicere audebant*, ὡς — βουλόμενος τὸ χωρίον οἰκίσαι πεπείκει τὸν μάντιν vel ἐπεπείκει· sed haec ipsa pag. paulo superius, vs. 28, praebet τετελευτήκει.

Act. Cap. XXI, 6, in his,

Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον.

nihil desideramus: quod vero in nonnullis est Codd. antiquissimis, ἀπησπάσμεθα οἱ ἀπησπασάμεθα ἀλλήλους, καὶ ἐπέβημεν· suspicionem moveat, in antiquioribus lectum:

Καὶ ἀπεσπάσμεθα ἀλλήλων, καὶ ἐπέβημεν.

ab amicorum Tyriorum complexu, qui iter Paulo Hierosolymitanum dissuaserant, vix potuerant avelli. — In §. 15. male vulgatas Edd. occupat. ἀποσκευασάμενοι· vera Codicum scriptura a Criticis probata prostat:

Ἐπισκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα. — Vbi Codices dant et Edd.

§. 38. Τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων·

quos planus quidam Aegyptius tumultu exeitatos in desertum abduxerit; unus Codicum tantum habet

τοὺς τετρακοσίους·

qui numerus (400) forte nonnullis magis placebit, quam decemplicatus; propius accedens ad numerum, cuius meminit *Iosephus* Ἀρχ. XX. c. VIII, sect. 6, *Felix* τετρακοσίους μὲν αὐτῶν ἀνεῖλε, διακοσίους δὲ ζῶντας ἔλαβεν, eorum nempe, quos Hierosolymis abduxerat τὶς ἐξ Αἰγύπτου, προφήτης εἶναι λέγων.

Act. c. XXIII, 8, 9.

In comma huius cap. sextum υἱὸς Φαρισαίων ex optimis mihi Codd. recipi posse videtur, tanquam accommodatius ad movendos istius sectae sectatores, si non patrem tantum, sed et maiores habuisset *Paulus* eidem normae addictos: moven-

dis autem animis aptissima *Paulus* adhibuit, hic etiam sapiens articulorum temporis aestimator: de genere, non de instituto, hoc tantum accipi potest: ad Philipp. scribens, cap. III, 5, sum, inquiebat, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ νόμον Φαρισαῖος: hoc ad Codicum lectionem labefactandam frustra fuit a *Io. Iac. Wetstenio* citatum. — Sed quae cap. nostri §. leguntur 8, et 9.

Σαδδουκαῖοι — λέγουσι, μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα.

9. [Qui ab altera parte stabant, nihil in Paulo mali invenire se dicebant] εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

Cum ἄγγελοι et πνεύματα eiusdem essent generis, nihil adeo difficultatis erat in voce ἀμφότερα· et commode haec comparat *Lennepius* cum istis in *Phalaridis* Epist. 1, σὺ ἀμφότερα, καὶ μήτηρ αὐτῷ, καὶ τροφὸς, καὶ πατὴρ ἐγένου. Cui eadem erant ad manum, *Ier. Marklandus*, *Euripidis* Supplicibus Explicationes subiecit veterum aliquot auctorum: harum ultima spectat hunc locum *Lucae*, a pag. 282—288: novam dat illic interpretationem certe vocis πνεῦμα. Πνεῦμα hoc in loco secundum *Markl.* est *spiritus malus*; Ἄγγελος, *spiritus bonus*. — Proxima sensit obesse vehementer suae opinioni, εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν· quomodo enim Deo dici poterat obniti, qui homini repugnaret *agenti per impulsum spiritus mali?* De sua tamen vocis Πνεῦμα interpretatione persuasus, sic ista censet interpungenda *Marklandus*:

Εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ· — ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

figuram ἀποσιωπήσεως, ut vocat, hic statuit, a lectore supplendae per ταχέως Φανερωθήσεται. vel hoc modo, ἡ βουλὴ καὶ τὸ ἔργον τοῦτο καταλυθήσεται. istius figurae primum producit exemplum ex Ev. *Lucae* c. XIII, 9, de ficu dictum: κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. huius simillima dat *Xenophontis* quaedam aliorumque, atque ex optimis Scriptoribus plurima sibi huius generis scribit ad manum esse. — hoc equidem non miror, cui talia permulta quoque sunt in numerato; multo magis miror non vidisse *Marklandum*, quantum illa distent ab his Lucaneis, quae, ut cum illis comparari quodammodo possent, scribi saltem debuissent:

Εἰ μὲν πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, — εἰ δὲ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

Vbicunque enim illud obtinet ἀνανταπόδοτον, formulae conditionali semper adsunt ista, εἰ μὲν — εἰ δέ· vel ἐὰν μὲν, — ἐὰν δέ. Deinde per ellipsin in priore parte semper supplendum relinquitur εὖ ἂν ἔχοι, vel καλῶς. *Tryphon* in libello inedito περὶ Τρόπων, ubi de ellipsi agens attulerat notissima *Homeri*, Ἀλλ᾽ εἰ μὲν δώσουσι γέρας· ἐλλείπει, inquit, τὸ κάλλος (imo καλῶς) ἂν ἔχοι· ἀπεκρέμαστο γὰρ ἡ διάνοια. atque ita plene loqui solet *Lucianus*, T. I. p. 708, 709, ἢν μὲν οὖν κατ᾽ ἀξίαν — ὑποκρίνωμαι, εὖ ἂν ἡμῖν ἔχοι· — εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα. conf. T. II. p. 69. — Iam vero καλῶς vel εὖ ἂν ἔχοι, in talibus supplendum, quam parum quadrat *Marklandi* interpretationi! Nullam ego causam video, cur aliter illic πνεῦμα acciperetur, quam vulgo solet accipi. Mosaicas Leges suo quodam modo

observantes, Sadducaei animas immortales esse negabant; omnem suam spem habentes in hac vita collocatam, atque in civitate regenda tranquillitati publicae propterea maxime studentes, hinc Hierosolymis fuerunt acerrimi Apostolorum, quos civitatis habebant perturbatores, adversarii, *Act. A.* c. IV, 2, *διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν, καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν.* cap. V, 17, *ἐπλήσθησαν ζήλου·* conf. illic §. 28, 33. Senatores Sadducaeos in mitiorem sententiam flexit, auctoritate potens Pharisaeus, Gamaliel, persuasitque collegis, ut missos facerent captivos, *μήποτε*, aiebat, *καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε*: si nempe divinitus iussi docerent. — In eamdem mentem nostro in loco Pharisaei ad Sadducaeos synedros, *εἰ δὲ*, inquiunt, *πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος*, quod Gamalielis more loquendi diceretur, *εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστι τὸ ἔργον τοῦτο*, si vero divinitus iussus loquitur Paulus, *Deo repugnare non tentemus*, *μὴ θεομαχῶμεν*. Animam qui putabant cum corpore perire, eo ipso negabant *πνεύματα* dari a corporibus seiuncta, aut his renovatis reditura, atque adeo *τὴν ἀνάστασιν·* de qua, aeque ac Christi sectatores, persuasi erant Pharisaei, ci, paucis Sadducaeis exceptis, plerique omnes Iudaei. Quod itaque de Sadducaeis hic scribit *Lucas*, nihil adeo, quantum video, habet impediti. — *πνεῦμα* simpliciter positum de spiritu malo esse accipiendum, nisi ubi sermo est de *malo genio agitatis*, nemini facile sua ista adnotatione persuadebit Eruditiss. *Marklandus.*

Eadem si ratione pergerem in Epistolis Paulinis ceterisque tractandis, hic libellus in nimiam certe molem excresceret: perpauca tantum illinc loca leviter attingam, unum enucleatius tractaturus.

In Ep. *ad Roman.* c. III, 9, verba,

Τί οὖν, προεχόμεθα;

litera ex Alex. Cod. producta, legenda sunt

Τί οὖν προεχώμεθα;

Quid itaque praetexemus? haec paulo rarior verbi significatio, interpretibus ignota, fecit, ut *Paulina* non intelligerentur. Προέχεσθαι, Attice scriptum Προΰχεσθαι, frequentius Προΐσχεσθαι, significat *praetexere*, quod vulgo dicebatur προφασίζεσθαι· sic in *Sophoclis* Antig. v. 80, Προΰχοιο Grammatici recte iuterpretantur: a *Thoma Mag.* in Προΐσχω, προέχεσθαι *Thucydidis* munitum fuit auctoritate e L. l. p. 92, 57. cui illud alibi restituendum est; adhibitum ab *Herodoto* II, c. 105. *Aristophane* Nub. v. 1388. aliisque.

Ep. *ad Rom.* cap. XII, 3,

Λέγω — παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν·

speciosa mihi fuit olim visa coniectura amicissimi Theologi, legentis syllaba repetita,

τῷ ὄντι τὶ ἐν ὑμῖν·

sed his in libris, qui sibi esse videntur *aliquid*, dicuntur etiam οἱ ὄντες· quod recte *Lennepius* animadvertit in Epist. *Phalar.* p. 241. Sunt autem οἱ ὄντες τι qui dicuntur a *Platone* οἱ δοκοῦντες εἶναί τι, T. I. p. 472. A. T. II. p. 122. D. p. 247. B. — In comma praecedens recipienda sunt ex Codd. συσχηματίζεσθαι, et μεταμορφοῦσθαι· cum verbo Παρακαλῶ connectenda.

1 Epist. *ad Corinth.* c. II, 4.

Quamvis in id consentiant Critici, ut vocem non Graecam πειθοῖς indignam censeant *Paulo*, repertus tamen est *Wolfius*, qui illam suo more servandam statueret: inter diversas coniecturas verae le-

ctionis magnam habet speciem, quam proposuit in Addendis ad notata in Gloss. Gr. in Libros N. F. *Io.* Noster *Alberti:*

Οὐκ ἐν πειθοῖ [καὶ] ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, — Cum vero hic a spectatissimis Codd. absit vox ἀνθρωπίνης, ex comnate 13 repetita, mihi videtur *Pauli* manum conservasse *Io. Chrysostomus* in Orat. IV. de Laud. Pauli, T. II. p. 495. C. hanc nempe:

Οὐκ ἐν πιθανοῖς σοφίας λόγοις.

diversa tantum est pronunciatio, quod illic legitur, πειθανοῖς· non aliter legit *Anianus.* qualis designaretur σοφία in isto dicto, Corinthiis non magis erat obscurum quam cap. I, 17, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου· et sunt πιθανοὶ σοφίας λόγοι idem ac πιθανολογία in Epist. ad Coloss. c. II, 4.

1 *Cor.* cap. XII, 2.

Οἴδατε ὅτι ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.

Pro ὅτι duas voculas praebent scripti Codd. optimi, ὅτι ὅτε· utramque omnino recipiendam arbitror, ita tamen, ut verbum etiam ἦτε bis a *Paulo* scriptum putem, atque ita hunc locum instaurandum: Οἴδατε ὅτι, ὅτε ἔθνη ἦτε, ἦτε πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι. quae commode converti poterunt: *Nostis, cum gentiles eratis, ad idola vos muta caeco fuisse impetu abreptos:* ὡς ἂν ἤγεσθε· *ut* ante a Sacerdotibus vestris tanquam bruta pecora *ducebamini:* illud cur non *caeco impetu* redderemus?

— In Capitis sequentis XIII. comm. 12, pro Βλέπομεν ex uno saltem Cod. enotatum, Βλέπωμεν in

dno distractum dat huic loco congruum: Βλέπω μὲν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου: sequitur enim, ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους.

1 ad *Cor.* c. XV, 6,

Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ.

Bezae coniectura legentis πεντήκοντα omnem hic difficultatem tollit; estque unius literae differentia: pro πεντήκοντα scribebant ν′, pro 5000, Φ′. Fac hic υ′ fuisse scriptum, indicem *quadringentorum*: haec litera in Φ′ facile potuit transmutari. In sequenti commate,

Ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ· εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν:

suspicabatur Clariss. Theologus, vocem ultimam πᾶσιν in πάλιν esse convertendam: quae mihi quidem egregia semper visa fuit huius loci emendatio. — In comm. 9, duo saltem Codd. articulum non agnoscunt, atque ita scripsisse *Paulus* videtur: ὡσπερεὶ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. non displiceret, quod aliis venit in mentem ὡσπερεί τῳ ἐκτρώματι· si Atticum illud του, τῳ, pro τινὸς, τινὶ, his in libris reperiretur: τῳ πράγματι, 1 *Thess.* c. IV, 6, scribendum putabat *Conr. Rittershusius.* — Quod vero paulo ante dicebam, de numeralibus una litera designatis, dubium nullum est, quin in Codicibus horum etiam librorum numeri sic fuerint scripti; quem morem seculo iam II. et III. obtinuisse docuit *Io. Iac. Wetstenius* in Prolegom. ad N. T. c. I. §. 8. — In *Act. A.* c. XIII, 20, Codices dant antiquissimi ἔτεσιν ὑ καὶ ν′. id est τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα. *Act.* c. VII, 23, pro τεσσαρακονταετὴς in Cantabrig.

Cod. scriptum μετὴς· vid. *R. Bentleii* Epist. ad *Mill.* p. 63. f. *Io. Millius* et *Wetstenius* ad Ev. *Marci* c. XV, 15. Ev. *Ioann.* c. XIX, 14. Ex hoc more scribendi multa sunt adhuc in libris Graecis vitiata.

In reliquas etiam Epistolas, istorum similia multa sunt ad manum, in Epistolam praesertim *ad Hebraeos*: sed hinc unicum nunc locum satis erit attigisse:

Epist. *ad Hebr.* c. IX, 19,

Λαβὼν τὸ αἷμα, — αὐτό τε τὸ βιβλίον καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε.

Hic mirum est ne unum quidem Codicem memorari, in quo καὶ sit omissum; quod omnino delendum censeo; pertinent enim ista, αὐτό τε τὸ βιβλίον, ad λαβὼν, non utique ad ἐῤῥάντισε· quod de populo tantum dici debuit, non de libro Legis: *Moysis* Exodus c. XXIX, 6, 7, 8, et rei ipsius natura postulant, ut sic ista legamus.

1 Epist. *Petri* cap. I, 13,

Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε —

lumbos mentis, τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας qui dixerit, nisi his *Petrinis* sic scriptis usus, nemo facile reperietur: multum hinc distat, *iustitia*, tanquam cingulo, δικαιοσύνη ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, *Iesaiae* cap. XI, 5. — Quantillum differunt τῆς διανοίας et τῇ διανοίᾳ· hoc restituamus *Petro*; et aliorum more scripsisse videbitur:

Διὸ, ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας, τῇ διανοίᾳ ὑμῶν νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε —

Hoc usu figurato Νήφειν, ab *Epicharmo Siculo* iam usurpatum, aliquoties adhibuerunt *Plato*, *M. Antoninus*, aliique: διάνοιαν νήφουσαν dixit *Iohannes Chrysostomus* T. III, p. 155. B. E. τοῦ λογιστικοῦ νήφοντος, *Eustathius* in *Hom.* Il. B. p. 129, 30. conf. *Gataker* in *M. Antonin.* p. 25. B.

Huic specimini finem imponam, postquam unicum adhuc locum ex secunda Epist. *Petrina*, a Philologis neglectum, pertractavero: cum alia dixisset de falsis doctoribus, qui in Christianorum coetus irrepebant, de quibus *Iudas* similia tradit in Epist. §. 4, haec leguntur:

II Ep. *Petr.* c. II, 3,

Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται.

Multa veterum, recentiorum quoque loca sunt ad manum, verbum Ἐμπορεύεσθαι adhibentium; sed diligenti pervestigatione nihil inveni, quod ad hanc structuram responderet; et dudum mihi persuasi, ab ultima syllaba vocis λόγοις praepositionem εἰς elisam: hac restituta, si legamus,

ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις εἰς ὑμᾶς ἐμπορεύσονται. — sensus enascetur egregius, qui interpretes certe latuit: *sordidi quaestus gratia sermonibus adulterinis fraudulentam inter vos exercebunt mercaturam;* aut, si quis ita malit: *venient ad vos istius turpis quaestus faciendi causa.* Hoc antequam confirmetur, scrupulus eximendus est, quem *Wolfius* hic adhibitus facile alicui iniiceret: attulit scilicet ad haec illustranda *Raphelius* Annotat. T. II. p. 767; *Polybii* locum, in quo πολλὰ — ἐμπορεύων, ab illo repertnm, redditur, *multa proprii lucri caussa iactans*: minus auspi-

cato: locus iste nihil huc faceret, si verbum esset Graecum, quod ego quidem negare non dubito. Est illud in excerptis ex ultima legatione p. 1557, de Critolao Achaeorum duce: πολλὰ δή τινα πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἐμπορεύων καὶ μεθοδευόμενος ἐκίνει καὶ παρώξυνε τοὺς ὄχλους. voci non Graecae ἐμπορεύων legitimam substituo corrigens ῥητορεύων, *multa in istam sententiam verba profundens:* eadem structura *Heliodorus* Aeth. VIII. p. 370, πρὸς ταῦτα ῥητόρευε, καὶ δίκαια καὶ πρέποντα καὶ συμφέροντα μάτην ὁριζόμενος. conf. *Lucianus* T. II. p. 66. *Plutarch.* T. I. p. 467. D. *Io. Chrysost.* T. III. p. 307. C. et *D'Orvillius* Anim. in *Chariton.* p. 503. — Nostro loco εἰς ὑμᾶς, more Graecensium positum, accipi commode potest pro ἐν ὑμῖν. vel phrasin reddit praegnantem, atque ita reddi poterit, ut paulo ante dicebam. Quem *vendiderunt in Aegyptum abducendum*, Iosephum ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον, *Act. A.* c. VII, 9. quomodo πραθῆναι εἰς Λιβύην dixit *Herodot.* II. c. 54. et c. 56. Quinimo nostrum verbum, sed proprio sensu, Iudaeus sic adhibuit interpres *Hoseae* c. XII, 1, ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον ἐνεπορεύετο· quod legitur *Ezech.* c. XXVII, 13, ἐνεμπορεύονταί σοι ἐν ψυχαῖς ἀνθρώπων· peperit nobis additamentum in duobus Codd. repertum *Apocal.* c. XVIII. in fine commatis 14, οὔτε ψυχὰς ἀνθρώπων τοῦ λοιποῦ ἐμπορεύσῃ. ubi mox, §. 15, memorantur οἱ ἔμποροι — οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς. — Sed vera vis verbi Ἐμπορεύεσθαι in loco *Petrino* aliunde est adfirmanda, et paulo plenius declaranda: *Athenaeus* L. XIII. p. 569. F. Ἀσπασία, inquit, ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν· optime *Casaubonus* interpretatur: *Aspasia — multas habuit forma praestantes foeminas, ex*

quibus quaestum faciebat. Non origine tantum, sed et in usu quotidiano distabant Ἔμποροι, *vagi mercatores*; et Κάπηλοι, *institores pusilli*; qui merces, quas emunt a mercatoribus magnariis statim vendendas, ut maiorem quaestum faciant, solent adulterare: quia vero saepius ne cocionum quidem fraudibus abstinent mercatores, evenit, ut adpellationes istae saepe fuerint in idem hominum genus translatae: salsus ille suae aetatis sophistarum (*sic adpellantur, qui ostentationis aut quaestus causa philosophantur*, inquit *Cicero* Acad. II. c. 23.) irrisor, *Plato* in Protag. T. I. p. 313. C. ὁ σοφιστὴς, ait, τυγχάνει ὢν ἔμπορός τις ἢ κάπηλος τῶν ἀγωγίμων, ἀφ' ὧν ψυχὴ τρέφεται. conf. L. VII. de Rep. T. II. p. 525. C. Quando non de mercatoribus aut cocionibus usurpantur, proprie sic dictis, sed figurate de sapientiae, vel iuris, vel cuiuscunque rei honestae turpi nundinatione, perparum usu distant Καπηλεύειν et Ἐμπορεύεσθαι. Hoc non animadversum effecit, ut nemo interpretum, quos quidem ego noverim, locum quemdam *Pauli* aptissimum cum *Petrino* comparaverit; nisi quod *Erasmus* in transcursu, dum *Paulina* tractabat, *Petri* meminit. Καπηλεύειν, cum adhibetur figurate, semper ponitur in vitio: teste Etymologo p. 490, 11, ipse iam *Aeschylus* τὰ δόλια πάντα καλεῖ Κάπηλα — κάπηλα προφέρων τεχνήματα. sic ista dedit e perdito dramate petita *Stanleius*; scribi rectius potuerat pars senarii:

— κάπηλα προσφέρων τεχνήματα.

ubi eadem dat *Suidas* in v. Κάπηλος legitur et προφέρων. rariori hoc usu, quem illinc didicerat, vocem adhibuit *Aelianus* apud *Suidam* in

v. Κορνοῦτος· — *μήτ' ἄλλῳ τῳ αἰσχρῷ καὶ κιβδήλῳ τε καὶ καπήλῳ καὶ ἥκιστα ἐλευθέρῳ ἁλισκόμενοι·* quae prorsus sophistam sapiunt, et illius esse monuit *Toupius* Em. in *Suid.* II. p. 107. — Sed *Ἐμπορεύεσθαι*, etiam ubi ponitur figurate, honestae negotiationis admittit significatum; ubicunque vero de sophistis adhibetur, de iudicibus, similibusque, semper significat *sordide rem quaerere*, sive *inhonestum quaestum facere, mercibus* frequenter *adulteratis.* De Pythagora *Lysis* in Epist. ad Hipparchum: *οὐ κιβδήλως ἐνεπορεύετο λόγως, οὐδὲ μὰν πάγας, ταῖς τοὶ πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τὼς νέως ἐμπλέκοντι· non adulterinos* ille *sermones venditando turpem faciebat mercaturam, neque sane laqueos* ponebat, *quibus iuvenes irretire solet sophistarum vulgus.* sic ista legenda sunt, ubi *κιβδήλοις λόγοις Arcerius*, vel forte *Petrejus Tiara*, scribi malebat: utrumque dicebatur, *λόγους ἐμπορεύεσθαι*, et *ἐμπορεύεσθαι λόγοις*, sive *ἐμπορίαν λόγων ἐμπορεύεσθαι·* vid. *Platonis* Epist. II. T. III. p. 313. E. *Platonis* discipulus Hermodorus, qui praeceptoris commentarios in Siciliam deportare sueverat, atque illinc turpem inter Sicilienses quaestum facere, hoc fuit versu notatus, cuius initium est in *Ciceronis* ad Att. XIII. Epist. 21,

Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.

versus is, quia vim habuit proverbii, servatus, sic legitur apud *Suid.* et in *Append. Vatic.* Cent. II. Prov. 63. *Zenobius* dat *Λόγους Ἑρμ.* Cent. V. Prov. 6. (ubi *λόγους κομίζων* scribendum pro *λογισμοὺς*) unde *Erasmus* et *Scaliger* fecerunt, *Λόγους γὰρ* — *Casaubonus*, *Λόγους μὲν Ἑρμ.* sed melior illic est altera scriptura, quam firmat etiam

Cicero. quamvis saepius quartus casus adiungatur etiam in istiusmodi locutionibus, velut a *Philone Iudaeo* (Vet. Ed.) p. 863. D. p. 903. B. ubi Therapeutae dicuntur *τὴν συνήθη Φιλοσοφίαν ἐμπορευσόμενοι·* p. 984. *ἐνεπορεύετο τὴν λήθην τῶν δικαστῶν· ex oblivione iudicum turpem faciebat quaestum:* accedit *ἐκαπήλευε τὰς δίκας Philostrati* p. 221. quamque vocat *Cicero nundinationem iuris* Or. de Lege Agr. c. III. qui dixit in eiusdem Or. c. XXV, *emendi et vendendi quaestuosissimam ac turpissimam mercaturam.* Suspicor illum scripsisse II. in Verrem c. 48, *ecqua res — expetitur, — quin eam tu ad tuum quaestum nundinationemque* honorum *traduxeris;* ubi *hominum* vulgatur. — Egregie *Io. Chrysost.* T. III. p. 82. A. nihil ait turpius, *ἢ ὅταν τις τὴν πενίαν τοῦ πλησίον ἐμπορεύηται,* nimium foenoris exigens pecuniae commodatae: p. 221. E. *γυναῖκας ἐμπορευομένας τὰς ἀλλοτρίας συμφοράς.* — Qui dicuntur a *Petro ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ἐμπορευόμενοι,* bis in Epistolis interpolatis *Ignatii* vocantur *Χριστέμποροι.* Epist. ad Magnes. §. IX, *Χριστέμποροι, τὸν λόγον καπηλεύοντες, καὶ τὸν Ἰησοῦν πωλοῦντες.* Epist. ad Trall. §. VI, eosdem illos semi-Iudaeos, ore tenus Christi nomen professos, graviter insectatur: *εἰσὶ γάρ τινες,* ait, *ματαιολόγοι καὶ Φρεναπάται, οὐ Χριστιανοὶ, ἀλλὰ Χριστέμποροι, ἀπάτῃ περιφέροντες τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου.* nonnulla notavit *Cotelerius* p. 57. Suo etiam seculo tales novit *Gregorius Nazianzen.* cuius vid. T. I. p. 392. C. p. 625. C. et p. 643. D. ubi iunguntur *Χιστοκάπηλοι καὶ Χριστέμποροι.* T. II. p. 28. A.

Τὸν συρφετὸν δὲ τὸν πολὺν Χριστεμπόρων.

Ex dictis manifestum est, *Pauli* locum ex II Epist. ad Corinth. c. II, 17, cum *Petrino* componi debuisse diligentius: *Petrini* πλαστοῖς λόγοις ἐμπορευόμενοι, *Ignatii* Χριστέμποροι, dubium nullum est quin a *Paulo* dicantur καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. οὐ γάρ ἐσμεν, inquit *Paulus*, ὡς οἱ λοιποὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. quod illic octodecim minimum optimi Codd. praebent, λοιποὶ pro πολλοὶ, recipiendum arbitror: ad Καπηλεύειν, praeter ceteros, apta dedit *L. Bos* in Exercit. S. p. 154. 155. — In hac quidem adnotatione modum me fateor excessisse.

10765738

XIV.

VALCKENAERIANA

EX

PETRI HENRICI KOPPIERS

OBSERVATIS PHILOLOGICIS IN LOCA QVAEDAM ANTIPHANIS, THEOCRITI, PAVLI APOSTOLI, ERATOSTHENIS ET PROPERTII

EXCERPTA.

10765738

10765738

Pag. 5.

'Αρδεύειν παρ' 'Αντιφάνει μόνῳ· ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ "Αρδειν οὐκ 'Αρδεύειν λέγουσιν.]

Fortasse verum est, quod hic scribit Grammaticus [San-Germanensis]: monuit me certe Clar. *Valckenarius*, "Αρδειν, *irrigare*, reperiri apud *Aeschylum*, *Herodotum*, *Xenophontem*, *Platonem*, *Aristophanem*, similesque; in quorum scriptis 'Αρδεύειν, recentioribus frequens, nusquam putabat inveniri.

Pag. 8.

Βατάνια, τὰς λοπάδας, ὡς 'Αλεξανδρεῖς, 'Αντιφάνης Γάμοις.]

Huius nominis Fabulam *Antiphaneam* noveram ex *Athenaeo:* apud quem cum legantur ista L. IV. p. 169. E. πατάνειον δὲ διὰ τοῦ π 'Αντιφάνης ἐν Σάμῳ,

Πατάνεια, σεῦτλον, σιλφίον, χύτρας, λύχνους.

meo iudicio Σάμος Comoediae nomen esse non potuit: corrigerem libenter una litera mutata apud *Athen.* ἐν Γάμῳ, aut, si quis malit, ἐν Γάμοις, atque eiicerem indice Fabularum *Sami* nomen: sed monuit me *L. C. V.* Clariss. *Io. Salom. Semlerum* id ipsum iam praecepisse in Miscell. Lect. quas eruditus iuvenis olim edidit.

Pag. 9. seq.

Δεδιῳκημένα· 'Αντιφάνης Μηναγύρτῃ.]

— — Ob duplex augmentum quod vocant, vocem δεδιῳκημένα adnotavit ex *Antiphaneis* Grammati-

cus. Pro παροώνηκε, διηκόνηκε, recentiores Attici scribebant augmento (quod veteres simplex quidem posuerant) duplicato, πεπαροώνηκε, δεδιηκόνηκε. Scripta a *Piersono* suo ad *Moerin Atticistam* p. 122. leviter corrigit *L. C. V.* in ultimo capite diatribes in *Euripideas* reliquias p. 278. C. — Mirabar ista talia reperiens in Alexandrinis Antiqui Foederis interpretibus: *κεκατήρανται Numeror.* c. XXII, 6. *παρενώχλησα Michae* VI, 3. *Danielis* VI, 18. Ἠνεώχθησαν *Iesaiae* XXIV, 18. *Dan.* VII, 10. Quod legitur ἐκατώκισται, *Psalm.* XCII, 1. litera saltem auctius scriberem κεκατώκισται. — Cum haec scripsissem, ista mihi *L. C. V.* subministravit ex *Eustathii* commentario in *Homeri Iliad.* Ψ. p. 1448, 19. οἱ μεθ' Ὅμηρον καινοτομοῦσι τὰς αὐξήσεις, ποτὲ μὲν ἔξω αὔξοντες, τὸ δὲ ἔσω ἀφιέντες ἀναύξητον· οἷον, τέλος ἔχει μοι τὰ πάντα ἰατρέ, καὶ δεδιοίκηται πάλαι· (*Machonis* haec esse Comici monuit apud Athen. VIII. p. 341. C. recte scripta:

τέλος ἔχει τὰ πάντα μοι,
Ἰατρέ, φησί, καὶ δεδιοίκηται πάλαι.)

ποτὲ δὲ διχῇ αὔξοντες, ἤγουν ἔσω καὶ ἔξω· τοιοῦτον γὰρ τὸ Δεδιῴκηται (hinc *Antiphaneum:*) ἐκ τοῦ διοικῶ· καὶ τὸ Ἐκδεδιητημένος ἀπὸ τοῦ ἐκδιαιτῶ, etc. monstravit et *Athenaei* locum, ubi postremum illud legeretur L. XIII. p. 556. C. Μήδεια — οὐ φέρει οὐδὲ αὐτὴ τὸν Γλαύκης γάμον, ἤδη εἰς τὰ ἀμείνω καὶ Ἑλληνικὰ ἐκδεδιητημένη.

Pag. 10. seq.

Διαφέρον, ἀντὶ τοῦ συμφέρον· Ἀντιφάνης Ἀνασωζομένοις.]

— — Monstravit mihi *L. C. V. Demosthenis* in Orat. de Corona verba p. 187. ᾧ τὸ ἐκείνους σωθῆναι καὶ κατορθῶσαι, μάλιστα διέφερεν. in qui-

bus διέφερεν a *Scholiaste* redditur κέρδος ἦν, idemque me monuit aliquoties apud veteres verbum legi, quo pacto adhiberetur in his *Herodati* L. I. p. 43. vs. 55. οὔτι οἱ (Croeso) διέφερε πλημμέλεῖν ἀποθανέειν. *het scheelde hem niets, of hy* etc.

Pag. 13. seq.

Ἐπιστάτης, ἀντὶ τοῦ διδάσκαλος· ὁμολογουμένως Ἀντιφάνης. a)]

— — Qui aliquoties in Evangelio *Lucae* repetitum legerunt ἐπιστάτα, ab illo solo ex Novi Foederis Scriptoribus pro διδάσκαλε positum, quique ferme ex solis istis sacris libellis Graece sunt eruditi, inutilem hanc forte adnotationem iudicabunt, quippe quae vocem, sibi pueris notissimam, ut ignotam faciliori, scilicet! interpretetur. Legant hi scriptores veteres Atticos; ubi frequenter διδάσκαλον, nusquam, (ut certe nusquam apud illos, quantum meminisset, id a se repertum dicebat *L. C. V.*) τὸν διδάσκαλον (nempe λόγων) legerint Ἐπιστάτην dictum, absolvent fortasse Grammaticum, qui in *Antiphanis* illam primum Comoedia sic positam invenerit, atque id unum popularibus suis voluerit hac nota indicatum. videant interim *Ammonium* p. 44. et *Thomam M.* p. 225.

Pag. 14. seq.

Εὐειματεῖν· Ἀντιφάνης Ἀφροδισίῳ.]

— Verbum, antiquioribus ignotum, Εὐειματεῖν, *pulcre vestitum esse*, (ab *Homero* dictus εὖ εἱμένος, *Moscho* εὐέανος Carm. IV, 75. *Aeschylo* iam

---

a) Corrigendum suspicatur Koppiersius, Ὁμολογουμένοις Ἀντιφάνης. argumentumque dramatis fuisse *Reos confitentes.*

Editor.

est εὐείμων in Pers. v. 181. unde suum εὐειμονεῖν formarunt recentiores, ne a *Suicero* quidem omissum in Thesauro Ecclesiast.) omnium forte primus adhibuit *Antiphanes*: qui proximus post *Antiphanem*, praeter *Aristotelem*, adhibuerit εὐειματεῖν, memoravit mihi sub Ptolemaeo Philadelpho clarum *Sotaden* Clar. *Valckenarius*, monuitque hos eius versus modestos et egregios apud *Stobaeum* legi in *Florilegio Grotiano* p. 115. ab auctore dictos Metricis Σωταδείους.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατεῖς περισσῷ.
Ἂν εὐϊματῇς, ταῦτα πρό σου προβάτιον εἶχεν.

Quae *Grotius* sic Latina fecit:

Si rex es, homo sed tamen es, quapropter audi.
Si grande screas, plenus es ergo pituitae.
Si veste nites, at prius hanc oves tulere.

Ultima egregii fragmenti haec sunt Latina viri Illustris,

Si corde tumes, stultitiae teneris aestu,
Sin sobria mens est tibi, munus est Deorum,
Te nempe tuo si pede tute metiaris.

Huius carminis Σωταδείου leges discere licet ex *Hephaest.* Enchirid. p. 37.

Pag. 16. seq.

Ἠκρόασο, ἀντὶ τοῦ ἠκροῶ, ἈντιΦάνης Ἐπιδαύρῳ.]

Postquam Ἐπιδαυρίῳ scribendum esse monuit Koppiers, ita pergit: Cum Attici contractis formis paene semper uterentur, suum forsan *Epidaurium* Comicus plena fecerat utentem ἠκρόασο, *studiose audiebas*: monitus a Clariss. *Valckenario* intellexi, in forma huius etiam verbi (ex ἀκροάου instar si-

milium contracta) saepe fuisse peccatum ab interpretibus; ab ipso etiam *Florente Christiano* in *Aristophanis* Lysistr. vs. 503. *ἀκροῶ δή*, quod significat, *attente ausculta*; non, ut ille putabat, *admovec aurem*; ut minus mirari debeamus hunc unum de millenis erroribus *Dalechampii*, in versu *Pherecratis* apud *Athen.* III. p. 122. E.

Ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, πρόσεχε τὸν νοῦν, κἀκροῶ.

quin, si tibi sic videtur, adhibe mentem, et ausculta: aures *Luciani* teretes et Atticae quam valde respuissent prorsus inusitatum *ἀπιστίᾳ τῶν ἀκροώντων*; quod homines tamen Graece docti, *Io. Iensius* et *Io. Matth. Gesnerus*, ipsi tribuere sustinuerunt in Demosth. Encom. T. III. p. 521. vs. 35.

Pag. 17.

Καθαρὸς δοῦλος, *οἱονεὶ ἀπηκριβωμένος· Ἀντιφάνης Ἀγροίκῳ.*]

Interdum, praeter caetera, *καθαρὸς genuinum* notat et *verum: τὸν ἀπηκριβωμένον δοῦλον, servum* ad herilia iùssa capessenda semper paratum, atque adeo velut *ad amussim factum*, commode, nove tamen, *καθαρὸν δοῦλον* dixerit *Antiphanes*. Duo haec *Longini* loca mihi monstravit *V.* quibus ista vis *τοῦ ἀπηκριβωμένου* ipsius iudicio conveniret, Sect. XXXII, 13. *ὁ Καικίλιος — ἀναμάρτητον καὶ καθαρὸν τὸν ῥήτορα* (*Lysiam*) *προφέρει πολλαχῇ διημαρτημένου τοῦ Πλάτωνος.* Sect. XXXIII, 1. *Φέρε δὴ λάβωμεν τῷ ὄντι καθαρόν τινα συγγραφέα καὶ ἀνέγκλητον.*

Pag. 17. seqq.

Κατάλυσιν, *καὶ τοῦτο ἐπαιτιῶνται· Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι.*]

In Attico Comico, quod apud alios veteres non invenerant, *κατάλυσιν* de *hospitio* probabiliter posi-

tum, notandum sibi censuerunt Grammatici: *Polybii* vocem sic Latine convertit *Livius* XXV. C. X. *si quis* (inquiebat Annibal ad Tarentinos, urbe Tarento capta) *in hospitio civis Romani — nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum*: adfert illic opportuna Clar. *Sigonius Polybii* verba: τῷ ἐπὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν κατάλυσιν ἐπιγράψαντι ταὐτὸ τοῦτο (nempe Ταραντίνου, quod praecesserat,) θάνατον ὥριζε τὴν ζημίαν. — Hospitium veteres καταγώγιον, recentiores rari κατάλυσιν, frequentes dixere κατάλυμα. Notissima sunt ista *Lucae* Evang. C. II, 7. οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Dudum ante natum *Lucam* sic, cum vulgo Graecorum, vocem adhibuerunt *interpretes* Antiqui Foederis Alexandrini: *Thomae* tamen Magistro, quod invenerat apud Antiquissimos Grammaticos, describere utique licuit: Κατάλυμα, οὐδεὶς εἶπε τῶν δοκίμων. *nemo* (ex Atticis nempe scriptoribus, quales semper in talibus apud Grammaticos Atticistas sunt intelligendi,) *vocem κατάλυμα hoc sensu adhibuit.* suo tamen more, ad istam quoque *Thomae* notam, *Dan. Wilhelm. Trillerus, oblique*, inquit, *atque maligne iterum tangit Sanctos Nov. Test. Scriptores, apud quos haec vox aliquoties, ut notum, occurrit: illi ergo sunt* ἀδόκιμοι etc. ubique sic *Trillerus* in istis notis bonum magistellum *Thomam*, nihil profecto minus idcirco meritum, incusat impietatis; qualis accusatio Medicum certe dedecet, qui *Hippocratem* suum legerat, et Philosophorum veterum scripta: talia in Grammaticos quam absurda sint, in schola Leidensi didici; didiceratque Franequerae, cuius in eam rem legi meretur *Moeridi* praefixa praefatio, *Ioannes Piersonus*, quem *Ioannes Toupius*, aliorum minime laudator, virum vocat (*Pierſonus*, quod ex Clar. *Valckenario* saepius audivi, cum scriberet Verisi-

milia, vix natus erat annos viginti,) ingeniosissimum, et verum Musarum alumnum, in Emend. in *Suidam* P. I. p. 171.

Pag. 20. seq.

Πτωχεύειν, οὐ τὸ ἐπαιτεῖν, ἀλλὰ τὸ πένεσθαι· Ἀντιφάνης.]

Perperam omnino hinc aliquis conficeret, πτωχεύειν non significare *mendicare*, sed *egenum manuum labore victum sibi quaerere:* imo vero contrarium indicavit potius Grammaticus; sed ab uno *Antiphane* inter Atticos πτωχεύειν pro πένεσθαι usurpatum. In scholis suis saepe nos docuit *L. C. V. Elsnerum*, qui Grammaticos non legerat, alios etiam Philologos sacros, ut vocantur, *Hesychianis* glossis huius generis saepius abuti; illud praeterea, ex istis Philologis nonnullos, ut quidpiam hinc inde corradant ad loca e libris sacris, minime tenebricosa, illuminanda tamen, in Graecis scriptoribus, (quos centenos saepe citant testes in re, de qua nemo dubitet) legendis id ipsum agere, quod canes in Aegypto. —

Pag. 28.

— — Monuitque me Clar. *Valckenarius*, istiusmodi nomina, a librariis compendifacta, permulta inter se frequenter fuisse permutata; qualia sunt Comicorum Ἀντιφάνης· (Ἀντιφῶν) Ἀριστοφάνης, Ἀριστομένης· Ἀριστοφῶν. quorum etiam exempla demonstravit, quae hinc tamen putabat alieniora.

Pag. 29.

Monstravit mihi *L. C. V. Isocratis* locum in Helenae encomio p. 210. ubi a sono, quem edunt, apiculae bombilantes Βομβυλιοὶ dicuntur. Sophi-

starum ibi meminit, qui laudare voluerint τοὺς Βομβυλιοὺς καὶ τοὺς ἄλας. corrigendum putabat *V.* καὶ τὰς ψύλλας. Decebat illos *culices* et *pulices* laudasse.

Pag. 55. seq.

Strato sive potius *Strattis* Comicus apud *Athenaeum* L. IX. p. 383. B. bonum civem Atticum narrantem facit, se, coqui magnifice loquentis verbis ante sibi inauditis fatigatum, Lexico *Philetae* in manus sumpto perquisivisse, quid singula vocabula (Μέροπες· Δαιτυμών· Ἐρυσίχθων· Μίστυλλε etc.) significarent:

Τῶν τοῦ Φιλήτα λαμβάνοντα βιβλίων
Σκοπεῖν, ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων.

perdocte atque eleganter *Grotius* vertit in Excerpt. ex Com. p. 683.

Ut mihi legendus Verrii Flacci liber
Fuerit, verborum ut significata evolverem.

Ex hoc loco constare monebat *Valcken. Strattidis* aevo, atque adeo vigente Lingua, Glossaria iam *Athenis* reperta; Lexicon certe Homericum *Philetae*, in quo voces antiquatae redderentur Atticis: dicebat praeterea, apud neminem *Strattide* antiquiorem quidpiam se huius simile observasse. Praeter cetera loca, in quibus δύνανται sic legeretur, hunc mihi monstravit *Herodoti* L. II. c. 30. δύνανται τοῦτο ἔπος (vox Aethiopica) κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν etc.

Pag. 42. seq.

Ex Leptinisco [*Antiphanis*] locus cum valde vitiatus legatur [ap. Athenaeum] L. XIV. p. 641. F. iuvenilis quaedam audacia fortasse condonabitur hac ratione vulgata redintegrare conanti:

A. Οἶνον Θάσιον πίνοις ἄν; B. εἴ τις ἐγχέαι.
B. Πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις; B. εἰρηνικῶς
Μάλιστα, δι' ἃς Μέλητι προσπαίζειν ἔνι.
A. Μελίπηκτα δ' εἴ τις προσφέροι; B. τρώ-
γοιμι δ' ἄν.
A. Ὠὸν δέ; B. καταπίνοιμ' ἄν, ἄλλου δ' οὔ
τινος.

Ultima non dubitanter scripsi pro vulgatis: ἄλλου δή τινος; quorum loco corrigebat vir summus *Is. Casaubon.* οὐδ' ἄλλου τινός. Versus quartus vulgatur:

Μελίπηκτα δ' εἴ σοι προσφέρει; τρώγοιμ' ἄν.

Tertii versus loco ista quidem prostant in Editis:

Μαλακὰς σφόδρα, δι' ἃς μέλιτι προπαί-
ζειν βίᾳ.

Quae cum diu me frustra fatigassent, a *Valckenario* tandem intellexi, apud *Eustathium* in *Homeri* Od. A. p. 34, 44. eorum loco haec in *Antiphaneis* istis inveniri:

Μᾶλλον δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν δέδοται.

Suspicari tum coepi, δέδοται vel δίδοται esse forsan interpretamentum vocis ἔνι, et Μέλης nomen fuisse proprium vel parasiti vel alterius, eamque, quam primum posui, lectionem effinxi, meliori, quam *Toupius*, vel istiusmodi felix ingenium excogitaverit, facile locum daturam.

Pag. 47. seq.

Illustris *Grotius* in Excerptis ex Comoed. p. 619. locum exhibens ex *Antiphanis Adolescentulis* (Νεανίσκους inscripsit Comoediam) descriptum ex *Athenaei* L. VI. p. 224. D. tertium et quartum istorum versuum posuit hac ratione scriptos:

Ἦλθω· πεπίστευκ' εὐθύς· ἐμβλέπων γὰρ αὐ-
Τοῖς ἰχθυοπώλαις, λίθινος εὐθὺς γίνομαι.

Cum legerem apud *Valckenarium* ex Comoediis Graecis Excerpta *Grotii*, monuit me Praeceptor Clarissimus, syllabas in αὐτοῖς sic a Comico divelli non potuisse, ut altera in fine Senarii, in initio sequentis altera legeretur: monstravitque in *Hephaestionis* Enchiridio, quod diversa metra tractantibus nobis erat ad manum, ista p. 14. πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν, ὅθεν ἐπίληπτά ἐστι τὰ τοιαῦτα, Σιμωνίδου ἐκ τῶν Ἐπιγραμμάτων,

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Ἀριστο—
— Γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε καὶ Ἁρμόδιος.

Similiter, quod reprehensione dignum iudicat, adfert ibi *Hephaestio* exemplum ex Elegia *Nicomachi*, sic separantis in duos versus nomen Ἀπολλό — Δωρος; dum ista tamen in nominibus propriis quodammodo excusaret: *Eupolidis* tandem illic profert antiqui Comici exemplum, qui ioci captandi gratia in fine senarii προ, — βούλευμα posuerit sequentis initio, loco, quem menda liberavit *R. Bentleius* in *Callim.* fragm. XCII. p. 542. His animadversis mox vidi facillima medela hoc quoque vitium posse corrigi, si modo, pro ἐμβλέπων γὰρ αὐτοῖς, legeretur αὐτοῖς γ' ἐμβλέπων. —

Pag. 52. seq.

Vs. 2. fragmenti *Antiphanis* apud *Athenaeum* L. VIII. p. 358. D. „suspicatur *L. C. V.* more solemni aberratum a librario, atque olim forte positum Attico pleonasmo, quem satis usitatum dicebat, — λίαν σφόδρα. Scripserat forte *Hesychius*: Λίαν σφόδρα, πολὺ, πάνυ, ἄγαν.“

Pag. 74. seqq.

Perpaucas tamen [coniecturas in *Theocritum*] liceat mihi proposuisse harum rerum peritis, quam-

vis et primam nimis audacem indicet Cl. *Valckenarius* [a quo Codicis Parisini quasdam lectiones in Eid. XVIII. se accepisse scribit p. 60.]. In Eid. primo versus 95. omnium iudicio vitiosus est:

Ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα.

nec enim bene conveniunt ἁδεῖα γελάοισα. *dulce ridentem* Lesbiam (*Catullo*) ἁδὺ γελεῦσαν dixerat *Sappho.* Sed Venus nihil minus hic quam *dulce ridebat* quod in scholiis legitur ἁ δῖα, multo quidem melius vulgato: sed dici debebat ἁ δῖα Κύπρις γελάοισα. Viris doctis prorsus non videtur tolerari posse his interiectum καὶ ἁ. Quando prima in Κύπρις interdum etiam corripitur a *Theocrito*, ut in Epigr. XIII, suspicor, ob voculam μὰν duas vicinas ποτί μιν excidisse; quumque pes deesset, debile illud fulcrum versui sustinendo a correctore monacho adiectum. Hoc si verum est, scripserit forte *Theocritus*,

Ἦνθέ γε μὰν (ποτί μιν) χἁ δῖα Κύπρις γελάοισα,
Λάθρᾳ μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα.

Venit certe ipsa etiam Diva Venus ad illum subridens. his convenirent in Scholiis sic scripta, Ἦνθέ γε μὴν καὶ ἡ Κύπρις ἡ Δῖα (pro ἡ ἡδεῖα) γελῶσα. Si dulce arrisisset Pastori, non sane Venerem sic compellasset Siciliensis Daphnis:

Κύπρι νεμεσσατὰ, Κύπρι θυατοῖσιν ἀπεχθής.

In proximo vs. 104. si pro Δάφνις legeretur Δάφνιδι, *Dan. Heinsii* mihi reliquis praeferenda partim videretur interpretatio: ista tum,

Ἤδη γὰρ Φράσδει πάνθ', ἅλιον ἄμμι δεδύκειν,
Δάφνιδι κεἰν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος·

in hunc sensum acciperem: *quamvis omnia iam indicent, solem sive lucem nobis occidisse, atque adeo me iam iam moriturum, ut per mortem vi-*

deri possim amore, quo spretus contabui, liberandus; mihi tamen tua Deae mortalibus pessimae iniuria eveniet, ut apud inferos etiam amoris sim furore, quem intimis medullis concepi, vexandus. Longe aliter cum *Schol.* haec accepisse vidi Clar. *Toupium* in notis in Schol. ad *Theocrit.* T. I. p. 209. A. Sed in *Heinsii* sententia duo loca me confirmarunt *Eustathii*, a Clar. *Valckenario* mihi suppeditata, in *Homer.* Iliad. X. p. 1366, 39. Θεόκριτος φησὶ τὸ οὐ πάντα τὸν Ἥλιον δεδύκειν, ἤγουν οὐ πάσας συντελεσθῆναι τὰς ἡμέρας τοῦ ζῆν. Idem in Odyss. T. p. 759, 4. Θεόκριτος ἥλιον πάντα δεδύκειν λέγει τῷ ἤδη θνήσκοντι. in quibus proferendis bis erravit laboriosus *Homeri* interpres; primum bis posita negatione, quae debuerat omitti; deinde vocem πάντα, ad praecedentia pertinentem, huc referens: morienti (cui — *in aeternam clauduntur lumina noctem*, ut loquitur *Virgil.* Aeneid. XII. vs. 310.) φῶς vel φέγγος, et Ἥλιος, non πᾶς Ἥλιος, ut puto, dicitur eleganter δεδυκέναι. *Catullus* ad Lesbiam:

Soles occidere et redire possunt,
Nobis, quum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

de floribus cadentibus et revirescentibus, cum dixisset in miserabili carmine, quo Bionem amicum et praeceptorem ad se non rediturum deflet *Moschus* vs. 109.

Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι, ἢ καρτεροὶ, ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Dum hoc nobis carmen in Scholis suis praelegebat, dicere memini Clariss. *Valckenarium*, sibi omnino hic legendum videri ob rationem omnibus

apertam — *νήγρετοι. ferreus nos urget somnus, numquam excitandos*, sive ad lucem revocandos *b*). Christianorum veterum, meliora sibi sperantium, tum apta quaedam loca idem ille nobis exhibuit; hunc etiam ex *Octavio Minucii Felicis* pervenustum p. 338. *vide, quam in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur: sol demergit, et nascitur* (leg. renascitu), *astra labuntur, et redeunt; flores occidunt, et reviviscunt; post senium arbusta frondescunt; semina non nisi corrupta revirescunt.*

Pag. 77. seqq.

In *Moschi* Eid. I. 22. pro

Πάντα μὲν ἄγρια, πάντα.

recte correxisse me

Ταῦτα μὲν ἄγρια πάντα.

putabam, cum ex Clariss. *Valcken.* intelligerem, id ipsum olim secum communicasse Eruditissimum nunc Ictum *Ioann. Luzacium.* eidem non displicebat alterum meum tentamen in *Bionis* Epitaphio Adonidis vs. 57.

Καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνιν, ὅ μοι θάνε, καὶ σὲ
φοβεῦμαι·

quo verbum φοβεῦμαι, Veneri minus congruum, mutabam in φοβεῖται *c*). Quum illuc abiisset

---

b) „Videri quidem hic potuit νήγρετον mutandum in νήγρετοι. sed servandum potius censeo quod vulgatur.“ Sic Valck. in editione Theocriti, Bionis et Moschi, L. B. 1779. p. 362. Haec editio ea ipsa est, cuius in sequentibus exspectationem fecit Koppiersius. *Editor.*

c) „Καὶ σὲ φοβεῦμαι. *Barthius* corrigendum putabat, καὶ σὲ φοβεῦμαι· *Koppiersius*, καὶ σὲ φοβεῖται. quod recepit in suam Ed. *Brunckius:* mihi vulgata commodam videntur admittere interpretationem.“ Valck. l. c. p. 312. *Editor.*

suus Adonis, habituram illum semper secum Proserpinam indignata, Venus dixerat paulo ante:

Λάμβανε, Περσεφόνα, τὸν ἐμὸν πόσιν· ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ
Πολλὸν ἐμεῦ κρείσσων.

Nunc, *Deploro*, inquit, *Adonin, qui mihi periit et tuas nunc leges reveretur.*

Sequenti versu *Bionis* — πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπτη· eleganter corrigit sagacissimus poëticarum Venerum interpres *L. C. V.*

— πόσις δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπτη, *d*)

Vir mihi meus avolavit instar somnii: πόσις et ἀνήρ in hoc ipso carmine promiscue ponuntur vs. 54, 58. videbantur ex loco *Sophoclis* in Trachin. vs. 560. ista duo differre, sed sustulit istam differentiam felicissima emendatione, a *Valckenario* meo etiam eruditus, *Ericus Hubertus van Eldik*, in Specimine Suspicionum, quod Zutphaniensis ante hoc septennium in urbe patria vulgavit p. 5.

Φοβοῦμαι, μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς
Ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ. *e*)

ubi scribi solet, τ. ν. δ' ἀνήρ· *metuebat* Deïanira, *ne suus quidem vir Hercules diceretur, sed esset revera iunioris Ioles.* Omnium *Eldikii* emendationum illam optimam, ut dicebat, iudicasset *Valckenarius*, nisi in *Theocriti* carmine XXIII, 15, ubi dederunt interpolatores,

Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερείας,

---

d) Ita corrigendum esse putat etiam in editione. *Editor.*

e) Potuit Sophocles sic scribere. Sed vulgatam recte defendit Brunck. *Editor.*

ex primae Edit. lectione τοσαμφαότατος K. veram ingenium illud, ad has litteras tractandas natum, efformasset:

Λοίσθιον οὐκ ἤνεγκε τόσαν φλόγα τᾶς Κυθερείας · *f*)

Tantam denique amoris acerrimi vehementiam spretus amator *tolerare non potuit:* misere amans, Δυσέρως, quem imis iam medullis conceperat, amoris ignem extinguere *ne potenti quidem Musico medicamine valuit:* nam id unum interdum prodest, iudice *Theocrito*, initio Carm. XI,

Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, —

Ἢ ταὶ Πιερίδες.

Dedissem et alia quaedam in duo vel tria *Moschi* loca, nisi illa sibi servari maluisset *L. C. V.* qui *Bionis* et *Moschi* Bucolica carmina se exiguo libello, una cum *Higtii* sui metrica paraphrasi, adhuc latente, editurum pollicitus, si quid meae preces poterunt, omnibus a me modis expugnabitur, ut Bucolica quoque *Theocriti*, suis numeris Doricis, centies, ut ait, violatis, restituta, eadem opera sibi sumat ex Florentinis Romanisque lectionibus, quas *Wartono* tamen debemus, expolienda.

Pag. 80. seqq.

1 Tim. c. V, 13. ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας · — — — *Apollodori* Biblioth. III. p. 139. τραφεὶς παρὰ Χείρωνι κυνηγὸς ἐδιδάχθη. prorsus idem me iudice significaretur locutione κυνηγὸς ἐμάνθανε. cum huius verbi ipsius exemplum requirerem, hoc fuit a *L. C. V.* subministratum ex *Dione Chrysost.* Orat. LV. p. 558.

f) Hanc emendationem in textum recepit Valck. *Editor.*

ὁ Σωκράτης ὅτι μὲν παῖς ὢν ἐμάνθανε λιθοξόος τὴν τοῦ πατρὸς τέχνην, ἀκηκόαμεν. g) Si dici potuit ἐμάνθανε vel ἐδιδάσκετο λιθοξόος, *artem discebat lapides poliendi*, scribi etiam potuit ab Apostolo ἀργαὶ μανθάνουσι, pro ἀργίαν.

Pag. 86.

— χάριεν, ὥς γ' ἐμοὶ, dixerat et *Epicharmus* secundum *Athen.* II. p. 36. D. qui ex *Amphidis* Comici ialemo L. VIII. p. 336. C. exhibet ista:

— Ὡς γ' ἐμοὶ, καὶ τοῖς σοφοῖς
Κριταῖς ἅπασιν.

Haec duo mihi loca fuerunt a Clariss. *Valckenario* suppeditata. Eadem obtinere verbi δοκεῖ videtur ἔλλειψις in *Sophoclis* Oed. in Col. vs. 76.

Γενναῖος, ὡς ἰδόντι.

Pag. 91.

Ioannes Piersonus, *Frisius*, quem suorum intra annos triginta discipulorum optimum mihi semper in exemplum proposuit *L. C. V.* nondum annos erat novem et viginti natus, cum variolarum pestifera lue hinc illuc raperetur, die XXIX. Octobris anni MDCCLIX.

Pag. 92. seq.

Hunc mihi libellum [*Eratosthenis Asterismos*] paene puero, Poëtarum iam amatori, cum primum Musarum limen ingrederer, atque ipsi me traderem in disciplinam, Clar. *Valckenarius* aliquoties legendum commendavit; et postea me monuit comparandum cum *Scholiaste Arateorum*

g) „Repugnat huic rationi qui continuo sequitur accusativus, τὴν τοῦ πατρὸς τέχνην. Itaque deleam λιθοξόος, profectum illud a glossatore, qui indicare vellet, quaenam ἡ τοῦ πατρὸς τέχνη fuisset.“ Schaefer. ad Dionys. de compos. verbor. p. 414. *Editor.*

Germanici, et ***Hygini Poëtico Astronomico***; ubi autem, quid illo rerum variarum contineretur, cognovissem, si quid alibi legerem, quod illuc spectaret, huc suadebat referendum.

Pag. 96. seq.

— Hoc in Lycaeo monte τέμενος, τὸ ἄβατον τοῦ Διὸς vocat *Plutarch. in Quaest. Graecis* T. II. p. 300. ubi ad eam respondet quaestionem: Διὰ τί τοὺς εἰς τὸ Λύκαιον εἰσελθόντας καταλεύουσιν οἱ Ἀρκάδες. Ubi *Lycaeum* montem describit *Pausanias* Lib. VIII. C. 38. Τέμενος, inquit, ἐστὶν ἐν αὐτῷ Λυκαίου Διὸς, ἔσοδος δὲ οὐκ ἔστιν ἐς αὐτὸ ἀνθρώποις· ὑπεριδόντα δὲ τοῦ νόμου καὶ εἰσελθόντα, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν ἐνιαυτὸν πρόσω μὴ βιῶναι· paulo post, ἐς τὸ τέμενος, inquit, θηρίου καταφεύγοντος (praestat καταφυγόντος) οὐκ ἐθέλει οἱ συνεισπίπτειν ὁ κυνηγέτης· haec mihi *Plutarchi* et *Pausaniae* loca a Clariss. *Valckenario* fuere suppeditata.

Pag. 97. seq.

[*Eratosth. Asterisc.*] Cap. II. Ἀγλαοσθένης ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι, τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς Κυνόσουραν, εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων Νυμφῶν, ἀφ' ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει, τῇ καλουμένῃ Ἰστοῖς, τοὔνομα τοῦτο ἦν, ἣν οἱ περὶ Νικόστρατον ἔκτισαν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ δὲ λιμένα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῇ τόπον Κυνόσουραν κληθῆναι.] *Hyginus* sic ista Latina fecit Poët. Astronom. L. II. C. 2. *Hanc Aglaosthenes, qui Naxica conscripsit, ait Cynosuram esse, unam de Iovis nutricibus ex Idaeis Nymphis, ab eius quoque nomine et urbem, quae Histiaea vocatur, a Nicostrato et sodalibus eius constitutam.* Pro Ἰστοῖς videri poterit Ἰστιαίᾳ legisse. Sed *Histiaeae* vel *Hestiaeae* Euboeae oppido hic certe locus non est. Magis iuvat, quam in lite-

ris olim ad se datis perscriptam mecum communicavit Clariss. *Valckenarius*, *T. Hemsterhusii* in haec *Eratosthenea* animadversio, quam Docto Lectori, si qui erunt harum chartarum, non ingratam arbitror futuram.

„Res haec ad Cretam pertinet; quod satis „constat non tantum ex *Cynosura*, nutrice Iovis, „μιᾷ τῶν Ἰδαίων Νυμφῶν, sed ex Scholiastae „*Germanici* disertis verbis: *Agatosthenes* quidem „in Asiaticis Carminibus (lege *Aglaosthenes* quidem „in *Naxiacis* Originibus) Cynosuram dicit Iovis „fuisse nutricem, unam ex Idaeis Nymphis, a „qua in Cretae oppido Hystoe Nicostratus con„stituit portus: hinc suspiceris primum in *Era*„*tosthene*, quem vocant, fuisse lectum, ἐν μὲν „Κρήτης πόλει etc. deinde reiiciendа videri τοὔ„νομα τοῦτο ἦν. quibus sane demtis commode „structura totius loci procedit. Urbis autem, ut „integrum sit, nomini literam insere: Ἴστροις. „singularem numerum praebet *Stephanus*, Ἴστρος, „πόλις Κρήτης, ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἰστρωνά φη„σιν. ab ea forma Ἰστρώνιοι, quorum psephi„sma reperies in Monum. Asiat. p. 110. Cynosura „vero et Arcadiae, et Laconices, et Cretae: „ab hac Κυδωνιάται. (sic enim apud *Hesychium* „in Κυνόσουρα refingendum est,) dicti quoque „Κυνοσουρεῖς."

Id unum tantum videram, in his voces, τοὔνομα τοῦτο ἦν, reiiciendas esse.

Pag. 116. seq.

[*Ibid.*] Cap. XXIII. Pleiados — ἀστέρας ἑπτὰ λέγουσιν εἶναι τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων.] quae hoc in capite leguntur Atlantidum nomina, duobus versibus exhibentur ab *Arato* Phaen. vs. 262.

Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ', Ἠλέκτρη τε,
Καὶ Στερόπη, καὶ Τηϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα.

Et in *Hesiodei*, fortasse perditi, carminis fragmento a Clariss. *V.* mihi indicato, apud Scholiast. *Pindari* ad Nemeonic. Od. II, 17,

Τηϋγέτη τ' ἐρόεσσα, καὶ Ἠλέκτρη κυανῶπις,
Ἀλκυόνη τε, καὶ Ἀστερόπη, δίη τε Κελαινὼ,
Μαῖά τε, καὶ Μερόπη· τὰς γείνατο Φαίδιμος Ἄτλας.

eadem nomina leguntur apud *Apollodor.* Biblioth. III. p. 168. *Diodor. Siculum* Lib. III. cap. 60. *Hygimum*, aliosque. Atlantis filiam Μαιρὰν aliquoties memorat *Pausanias* Lib. VIII. p. 698. bis p. 707. ab illa certe diversam, quae Iovi Mercurium peperit. Pleiadum nomina prorsus alia memorantur in Scholiis ad *Theocritum* Eid. XIII. vs. 25. nisi quod una etiam earum dicatur Μαῖα.

Pag. 123. seq.

[*Ibid.*] Cap. XXXI. — Ὡς δὲ καὶ αἱ πλεῖσται Νηρηΐδες ἐκρύπτοντο, κεκρυμμένης ἐκείνης, πολλοὺς ὁ Ποσειδῶν ἐξέπεμψε μνηστῆρας] Hunc mihi locum aliquando tentandum commendavit Clar. *Valckenar.* monstrato *Hesiodeo* Nercidum Catalogo; quo paulo diligentius spectato, nomen hic primum Nereidis latere suspicatus sum. Verba, ὡς δὲ καὶ αἱ πλ. Νηρηΐδες, a *Galeo* reddita, *quemadmodum et aliae Nereïdes sese abscondebant*, nullo nexu cum praecedentibus cohaerent, ab *Hygino* et Scholiaste *Germanici* praetermissa. Cum inter Nereidas Σαώ τ' Ἀμφιτρίτη τε iungantur ab *Hesiodo* Theog. vs. 243. et *Apollodoro* L. I. suspicor et illas hoc in Capite ambas fuisse commemoratas, scribendumque Σαὼ δὲ καὶ αἱ πλεῖσται Νηρηΐδες ἐκρύπτοντο. *Sao vero et pleraeque se Nereides absondebant:* ubi praecesserat vox σπεύδουσα, ab huius ultima syllaba pars nominis Σαὼ facile absorberi potuit, atque illud adeo in ὡς degenerare. — In proximis facile sensi vocem μνηστῆρας esse vitio-

sam; neque enim *Neptunus* amator ad inquirendam Amphitriten emisisset *procos*, *μνηστῆρας*. Neque illos hic invenit *Hyginus*, qui L. II. c. XVII, *Eratosthenes*, inquit, *dicit*, *Neptunum*, *quo tempore voluerit Amphitriten ducere uxorem*, *et illa cupiens conservare virginitatem fugerit ad Atlanta*, *complures eam quaesitum dimisisse*; *in his et Delphina quendam nomine.* Quid hic tamen reponendum esset, non ante detexi, quam cognovissem ex Cl. *Koenii* nota in *Greg.* p. 94. legendum *μαστῆρας*. atque adeo litera interiecta praeterea, *κεκρυμμένης κἀκείνης πολλοὺς ὁ Ποσειδῶν ἐξέπεμψε μαστῆρας*. *Illa quoque cum se occultasset*, *multos misit Neptunus*, *qui illam quaererent.* Μαστῆρες *Hesychio* interprete sunt *ζητοῦντες*, *ἐρευνῶντες*. Legitur ea vox in *Sophoclis* Oed. in Col. vs. 743. in *Euripidis* Bacch. vs. 985. in *Lycophronis* Cassandra vs. 1023. et in locis a *Berglero* indicatis ad *Alciphronem* p. 44.

Pag. 128. seq.

— Saepius etiam a Chirone tum aliis in rebus, tum in medicina eruditi narrantur Aesculapius, Iason, Hercules et Achilles: sed praeter notiores Aesculapium, Herculem et Achillem, Chironis discipuli (quod a Praeceptore Clarissimo monitus didici) fuisse dicuntur in Heroicis *Philostrati* c. IX. Telamon, Peleus, Theseus, Protesilaus, Palamedes et Aiax. Longum in primis discipulorum Chironis catalogum contexi a *Xenophonte* initio *Cynegetici* p. 586. memorantur illic longaevi Chironis in arte venandi, rebusque aliis discipuli, Cephalus, Aesculapius, Melanion, Nestor, Amphiaraus, Peleus, Telamon, Meleager, Theseus, Hippolytus, Palamedes, Ulysses, Menestheus, Diomedes, Castor, Pollux, Machaon, Podalirius, Antilochus, Aeneas, et Achilles: et, ne quis miraretur, unius

Chironis discipulos, qui non eodem seculo floruerint; ὁ Χείρωνος βίος, inquit *Xenophon*, πᾶσιν ἐξήρκει. Ζεὺς γὰρ καὶ Χείρων ἀδελφοὶ, πατρὸς μὲν τοῦ αὐτοῦ, μητρὸς δὲ, ὁ μὲν Ῥέας, ὁ δὲ Ναΐδος νύμφης· ὥστε ἐγεγόνει μὲν πρότερος τούτων, ἐτελεύτησε δὲ ὕστερον. In Chironis vero historia tum vivi, tum morientis, multas inesse difficultates intellexi, quibus expediendis me imparem sentio.

Pag. 132. seq.

„Hactenus (inquit *Marklandus* [in Explica-
„tionibus veterum Auctorum Graec. et Lat. subie-
„ctis *Euripidis* Supplicibus]) ex Horatio; — in
„quo Auctore, post omnia, quae in eum scripta vidi,
„*innumera* sunt, quae non intelligo. In toto ope-
„re vix una est Ode, Sermo, vel Epistola, in qui-
„bus hoc non sentio, dum lego. Neque adeo mi-
„ror; cum haec obscuritas (*quo vitio* ille minime
„*tenebatur*, teste Suetonio in Vita Eius) a poste-
„ris invecta fuerit. Horatius enim, Virgilius, Ci-
„ceronis nonnulla, Caesar, Livii quaedam, Iuve-
„nalis etc. in Scholis praelegebantur pueris, et in
„singulis fere Monasteriis lectitabantur: inde tot
„spurii et inepti versus in Horatii et Juvenalis he-
„xametris, tot explicationes et immutationes ele-
„gantiarum linguae Latinae in contextu Caesaris,
„Ciceronis, et Livii, ut, si isti Auctores revivi-
„scerent, in multis sua scripta non agnoscerent.“

In his adstipulari se *Marklando* dicebat, et de Graecis Poëtis quibusdam similiter iudicare (ne *Homero* quidem excepto) Clarissimus *Valckenarius*.

Pag. 133. seqq.

„— Me tamen adhortatus est *L. C. V.* ut vir factus tantam mihi sumerem modeste iudicandi libertatem, in hoc certe genere literarum necessa-

riam; ut ipsa *Scaligeri* exigerem, et *Bentleiana* Observata, atque ita mihi persuaderem, in Poëmate etiam *Manilii* permulta adhuc posteris explicanda vel emendanda superesse; in ipso initio Libri primi duo mihi loca digito demonstrans, ab Hemsterhusio, una litera eiecta, altera mutata, felicissime correcta: cumque illum rogarem, liceretne (ut his me scitamentis adpositis docto commendarem Lectori) nondum vulgatas publicare Magni Viri duas saltem istas emendationes egregias, ne hoc quidem noluit Clar. *Valckenarius*.

Vulgaverat *Scaliger* Lib. I, vs. 7.

Hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
Qui regis augustis parentem legibus orbem,
Das animum, viresque facis ad tanta canenda.

Bentleius confidenter edidit coniecturas suas:

Tu mihi, Tu, Caesar —
Das animos.

Quanto elegantius et verius emendabat *T. H.*

HUC (*id est ad hoc*) *mihi, Tu Caesar —*
Das animos.

In vicinis versibus 20, 21.

Bina mihi positis lucent altaria flammis;
Ad duo templa precor, duplici circumdatus aestu —

Nec *Scaliger*, neque *Bentleius* naevum demonstraverant, quem animadversum in formoso corpore suspicor et ipsis displicuisse.

Me quidem olim puerum iam offendebat illud, *precor — ad templa*; et *Ad templa precor, circumdatus aestu*. Hic etiam utroque, et *Scaligero*, et *Bentleio*, perspicacior *Tib. Hemsterhusius* manum nobis Poëtae restituit, corrigens:

Bina mihi positis lucent altaria flammis
Ad duo templa: PREMOR duplici circumdatus aestu,
Carminis et rerum.

In quibus una litera mutata praestat verboso commentario, qui forte posset impendi ad phrasin vulgatam quodam modo muniendam, vel colorandam.

Sed ne hoc speciminis Academici caput nimia mole laboraret, voluit Praeceptor Clar. ut mea in *Ovidianis* versibus tentamina, aliquando expolienda, nunc quidem premerem, et sola darem in *Propertii* versus aliquot, quae et ipsi, et Clar. *Ruhnkenio* quodammodo tamquam verisimilia, aut etiam vera, potueram adprobare: sed erant de centum forte coniecturis paucae. — —

Pag. 135. seq.

Lib. I. El. XVIII, 19—22. sic vulgantur:

Vos eritis testes, si quos habet arbor amores,
Fagus, et Arcadio Pinus amica Deo.
Ah quoties teneras *resonant mea verba sub umbras,*
Scribitur et vestris *Cynthia corticibus?*

An *umbrae* arborum dici poterant *tenerae?* Et quam tandem vim habet τὸ *vestris?* Hic, si liceret *νεανιεύεσθαι*, divam mihi Criticen favisse gloriarer: nam mox puris auribus *Wetstenii* et *Valckenarii* probare laetus potui hanc a me felici hora detectam, vocibus tantum transpositis, veram lectionem;

Ah! Quoties vestras *resonant mea verba sub umbras;*
Scribitur et teneris *Cynthia corticibus?*

Pag. 137. seq.

— Quod saepius in talibus adhibet *Valckenarius*, ob emendationes a me sibi praereptas semper laetus,

Pauperis est numerare pecus.

id ipsum cogitaturum confido Clar. *Schraderum*, dum his in chartis leget a me ex Eius admonitione detecta.

Pag. 139. seq.

Lib. II. El. VII, 41. mirum profecto, sic semper vulgatum:

Penelope poterat bis denos salva *per annos*
Vivere, —

quum paulo attentior sentire facile debuerit, a Poëta profectum,

Penelope poterat bis denos sola *per annos*
Vivere, tam multis foemina digna procis.

vitium qui sensit, *Guietus*, teste *Nicol. Heinsio* in *Propert.* p. 586. reponi volebat, *casta: sola* verum videbitur. In hac ipsa Elegia haec leguntur vs. 57, 58.

At tu non una potuisti nocte vacare;
Impia, non unum sola *manere diem.*

monstrabat ista mihi *L. C. V.* ex Epithalamio Achillis et Deidamiae *Bioneo*, sic reficienda:

Αὐτὰρ ἐγὼ μούνα, μούνα δὲ σὺ, νύμφα, καθεύδεις,
Αἱ δύο παρθενικαὶ, δύ' ὁμάλικες, αἱ δύο καλαί.

Puellari veste tectum vel ista dicentem probabiliter Deidamia iam virum esse senserat; quaeque *priorem illam incipere* puduisset, non ingratum erat *illo* pati *incipiente.*

Pag. 140. seqq.

Lib. II. Eleg. XXII. sic versus 5 et 6. vulgantur:

Hic equidem *Phoebo visus mihi pulcrior ipso*
Marmoreus tacita carmen hiare lyra.

Elegantem *Marklandi* coniecturam legentis,

Hic quidam Phoebo —

cum doctis hominibus primus communicavit Clariss. *Iac. Philipp. D'Orvillius*, in Miscell. Observ. Vol. V. T. III. p. 16. huic enim istas in *Propertium* elegantes observationes deberi monuit me Clar. *Ruhnkenius*; illud praeterea, feliciter *Propertii* versum Clar. *Ernesti* comparasse ad *Callimachum* in Hymn. in Apollinem, vs. 24, tamquam qui suum *hiare* expresserit ex hoc χανεῖν. nihil verius arbitror. haec sunt Callimachea:

ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος.
Ὄστις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται
Μάρμαρος, ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

Quia πέτρον et λίθον μάρμαρον dixere, sic locum *Callimachi* leviter corrigendum ratus Clar. *Valckenarius* mihi quoque facile rem persuasit.

Eleganter autem mentionem facit Niobes marmoreae,

— ὀϊζυρόν τι χανούσης.

lamenta sua vetera in ipso lapide adhuc *hiantis*. Ut in Palatini Apollinis porticu, praeter cetera, *Propertio* fuerat visum marmoreum simulacrum sive Dei, seu hominis, sed ipso pulcrius Apolline, *hiare* carmen, χανεῖν ἀοιδήν, vel ᾠδήν.

Quid vero sibi vult — *tacita lyra hians carmen*? an itaque reliquo marmore taciturnior erat *lyra*, ut hoc illa epitheto meruerit insigniri? una litera minus scribendum arbitror:

Hic quidam Phoebo visus mihi pulcrior ipso
Marmoreus tacta *carmen hiare lyra.*

iam vide mihi verba *Apuleii*, quae, indicata partim *Passeratio*, commoda mihi *Broukhusius* advocat: licebit enim et mihi hic reponere verba *Apuleii* ex Floridis; ubi in Iunonis templo visam sibi partim expingit Bathylli statuam, aute ipsius Deae aram

olim a Polycrate dedicatam; *quem* (Bathyllum), ut ait Auctor p. 551, 13, *Polycrati tyranno dilectus* (imo *dilectum*) *Anacreon Teïus amicitiae gratia cantillat*: signum illud sic effingit Afer, ut vivere videatur; qualia *Propertius* meus vocat *animosa* III, VII, 9. Epigrammatis recordor, quo usus est Clar. *Valckenarius* in Epistola ad Nobiliss. *M. Roeverum*, praefixa *Ursini* libello p. LXXIX.

Ἃ Βάκχα Παρία μὲν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
Τὸν λίθον· ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.

His a me scriptis, idem ille *V.* in eam rem haec mihi subministravit: „Virgil. Aen. III. 848.

„*Excudent alii spirantia mollius aera;*
„*Credo equidem, vivos ducent de marmore vultus.*

„*Ciceronis* L. II. de Invent. c. I. *dum pingo id,*
„*quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simula-*
„*crum ex animali exemplo veritas transferatur.*
„*Idem* in Hortensio, *cum omnis*, aiebat, *solertia*
„*admiranda est, tum ea, quae efficit, ut, inanima*
„*quae sint, vivere ac, spirare videantur.* ista ex
„opere *Ciceronis* perdito *Nonio Marc.* debemus in
„*V. Inanima* p. 128. εἰκόνες tales ἐμβιώτατοι di-
„cebantur *Hierocli*, cui recte restituit illud Clariss.
„*Toupius*, Emend. in *Suidam* ad V. Βιοῦται. conf.
„*Lucianus* T. II. p. 198, 42. et *Philostratus* in V.
„A. II. c. XX. p. 71. fine.“

Ista Clariss. *Valckenarii* hic in gratiam Lectoris inserenda iudicavi; sed, ut ad *Apuleii* imaginem redeam, *ei* (inquit, adolescentis signo) *prorsus citharoedicus* *) *status — canenti similis: — ma-*

*) Haec sua, hac occasione ad me scripta, non noluit *L. C. V.* ut hic a me publicata legerentur; quae mihi libellum meum videntur cum aliis illius observatis Doctis hominibus commendatura.

„Viden', *Koppiersi?* Samio huic signo marmoreo *prorsus* „erat *citharoedicus status:* in Propertianis, quibus sollerter, una

nus eius tenerae, *procerula* laeva *distantibus digitis* nervos molitur: *dextera psallentis gestu pul-*

„litera ablata, suum pristinum indidisti vigorem, quod nostra „iam aetate Poëtae Latini studiosi candide, (sic ominor futurum) „fatebuntur, *Propertio*, inquam, visus iuvenis *Marmoreus lyra „tacta carmen hiare*, sive, admoto citharae pulsabulo, ore hiante „canticum jamjam moliri, Κιθαρῳδὸς, *citharoedus*, erat, non tan- „tum Κιθαριστής. Si idem esset *citharoedus*, qui *citharista*, „quod vulgo tradi solet, putasne ista, quae vim obtinuerunt ada- „gii, scribi potuisse a *Varrone* de Re Rust. L. II, cap. 1, §. 3. „*Non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi? Citharista* „lyram tantum pulsabat vel citharam; Citharoedus citharae *nervis „percussis carmina sociabat;* sive *nervos ad verba movebat;* agno- „scis, opinor, *Ovidii* tui verba: *Thressa Chloë Horatii*, (quem a „me quidem, cum *animae* ipsius *dimidio*, ceteris omnibus ante- „poni non nescis,) *Horatii Thressa Chloë* erat *Dulces docta modos, „et citharae sciens:* ipsi iam *Melpomenae — liquidam* (vides „cur *eliquare* carmen dixerit *Apuleius:* suos habebat quos seque- „batur Auctores, nobis perditos) *Pater Vocem cum cithara dedit: „dulces mollesve* citharae modos *liquidam vocem* vocans, *Hora- „tius hymnos* etiam cogitabat Diis cantatos, ὕμνους λαμπρᾷ τῇ „φωνῇ (hoc restitues *Philostrato* in V. A. p. 127. ubi vulgatur „πρώτῃ φωνῇ) non tantum, sed inprimis ὑγρᾷ ἀδομένους. horum „originem eamdem nosti vetus ὕειν, *irrigare;* recordarisque, opi- „nor, dicti pastoralis: *Claudite iam rivos pueri* etc. Sed, ut „illud persequar, quod incipiebam dicere, sume mihi, quaeso, „*Pausaniam;* eius inspice Phocica, et primam partem lege capi- „tis VII; hinc intelliges, et alia non iniucunda scitu, illud in- „primis, in ludis Pythiis antiquissimum κιθαρῳδίας fuisse certa- „men; et cantatum ad citharam hymnum in Apollinem; repulsam „*Hesiodum* illic tulisse; cur tandem? ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ „ᾠδῇ δεδιδαγμένον· scienter ille quidem canebat; sed citharae ner- „vos ad carmen aptare non didicerat. In Arcadicis *Pausanias* „meminit Megalopolitani Pyladis, excellentis aetate sua citharoedi, „ἄδοντος Τιμοθέου νόμον τοῦ Μιλησίου, Πέρσας, in Pythiis lu- „dis victoris, p. 701. Recordaris senatus consulti Laconici, cu- „ius ob formas Laconicas saepius a me facta fuit in scholis men- „tio: in illo memoratus hic ipse Milesius est Timotheus; apud „*Macrob.* Saturn. V, c. XXII. *Alexander Aetolus* scribit πάγχυ „(sic legendum) Γραικοῖσι μέλεσθαι Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ „μελέων. Multa tibi, *Koppiersi*, doctis etiam, nova narrare pos- „sem de libello Laërtianis interiecto, continente variarum rerum

sabulum (τὸ πλῆκτρον, plectrum Poëtis etiam Latinis) *citharae admovet, seu parata percutere; cum vox in cantico interquievit: interim canticum videtur ore tereti semihiantibus in conatu* labellis *eliquare.* Nihil aptius, ut ego quidem puto, hanc in rem potuit proferri.

Pag. 148. seqq.

— Huius occasione coniecturae legendas dedit mihi Clar. *Valckenarius*, quas collegerat *Mimnermi* carminum, et Philetae Coi reliquias: pervenustos etiam ex *Phanoclis* elegia versus in *Stobaei* Florilegio *Grotiano* mihi monstravit octo et vigiti ex una Elegia continuos p. 263, 265, quibus hoc in genere nihil excellentius usquam inveniri contendebat. In Callimacheis autem, a *Bentleio* collectis, fragmentis ostendit plurima; quae ex Elegiis quin essent *Callimachi* sumta, *Valckenarius* ne dubitandum quidem existimabat. *Non inflati* carmina *Callimachi* dum laudabat Noster, [*Propertius* L. II. El. XXV, 36.] videbatur ipsi respexisse versum il-

---

„non absurdas Διαιρέσεις Diogenis L. III. §. 80 — 109. illinc „etiam disces, accurate indicatam, τῆς Κιθαρῳδίας et τῆς Κιθαριστικῆς differentiam §. 88. Κιθάρισιν et Κιθαρῳδίαν *Pluto* di„stinguit in Ione p. 533. B. Misgolas quidam Atticus e Colytto lau„datur ab *Aeschine* c. Timarch. p. 6. 25, sed tamen ἀεί τινας „ἔχειν εἰωθὼς περὶ αὑτὸν κιθαρῳδοὺς ἢ κιθαριστάς. confer cum „his *Aelianum* in V. H. IV. c. 2. in *Aeliani* L. III, c. 52. *Iac.* „*Perizonium*; *Menagium* in *Laërt.* III, 88. praesertim *Ezech.* „*Spanhemium* in *Callim.* h. Apollin. vs. 12. Mea videbis ab illorum „observatis nonnihil diversa, atque ex Menagianis in memoriam „revocabis *Tibulli* versus, quos releges ex L. III. El. IV, 23 — „39. tum iuvenis lyram

„*plectro modulatus eburno*
„*Felices cantus ore sonante dedit:*
„*Sed, postquam fuerant digiti cum voce locuti,*
„*Edidit haec dulci tristia verba modo:*
„*Salve, cura Deúm: casto nam rite poëtae*
„*Phoebusque, et Bacchus, Pieridesque favent.*“

lius Elegiacum, quem servavit Auctor Etymol. p. 279, 46. (inter illa *Bentl.* No. CLXV.)

Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

Neque in meis quaerite carmen verbis magnificis inflatum. quem versiculum etiam expressisse *Propertium*, monuit Clar. *Ruhnkenius*, cum scriberet L. IV, El. I, 58.

Hei mihi! quod nostro est parvus in ore sonus.

Ex Elegiis autem esse *Callimachi Valckenario* videbantur inter Bentleiana carminum fragmenta XI. XII. (corrigit *L. C. V.*

(Ὑγρὸν) ἐπ' ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφαρ ἔοι.

Molli unguento semper caput habeam delibutum)

LXVII. CI. CVI. CVII. CIX. CXI. CXXI. CXXVI. CXXVII. CXL. CXLII. CCX. CCXCI. In his autem multa restituit, quae, non omnibus grata futura, hic certe legi nolebat, *Valckenarius*; sic, ut unum de multis memorem, Fragm. CXI. corrigendum arbitratus,

Εὖτ' ἀνέμων μέγα κῦμα διωλύγιόν (τε μέμηνε)
Τρίσμακαρ (εἰ παύρων ὄλβιός ἐστι μέτα,)
Ναυτιλίης ὃς νῆϊν ἔχει βίον.

Ex his horumque similibus quid imitando *Propertius* expresserit, aliquando diligentissime pervestigabo, quem ex epigrammatis etiam Graecis, illis praesertim, quae, necdum edita, latent, multa scientissime transtulisse didici; sed huius partis leve γεῦμα mihi tantum dare voluit Vir Clariss. uno loco indicato *Propertii* ex Lib. III. El. II, 19.

Ut tuus in scamno iactetur saepe libellus,
Quem legat exspectans sola puella virum.

hos etiam indicavit *Stratonis* versus, sua et aliorum epigrammata lectori commendantis, in Anthologiae parte inedita:

Εὐτυχὲς, οὐ φθονέω, βιβλίδιον, εἴ ῥά σ' ἀναγνοὺς
Παῖς τις ἀναθλίβει, πρὸς τὰ γένεια τιθείς.
Ἢ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χείλεσιν, — —
. . . . . .
Πολλάκι φοιτήσεις ὑποκόλπιον, ἤ, παρὰ δίφροις
Βληθὲν, τολμήσεις κεῖνα θίγειν ἀφόβως.

In ultimis videbam Propertianum *in scamno iactatum saepe libellum:* initio fontem *Ovidianì* versus, *Parve, nec invideo,* — sed cum hoc *Ovidii* versu Graeca iam contulisse dicebat Clar. *D'Orvillium* in *Charitonem* p. 348.

Pag. 151. seq.

— Saepe mihi prae omnibus reliquis Latinis Poematis, quatuor ediscenda carmina commendavit *L. C. V.* in quibus ipsius esset iudicio Romana maiestas; *Laberii* Prologum, a *Macrobio* conservatum L. II. Saturn. C. 7. *Catulli* carmen (LXIII.) de Nuptiis Pelei et Thetidis; Incerti Poëtae consolationem ad Liviam Augustam super morte filii; sed hoc cum primis *Propertii* poëma [Lib. IV. Eleg. XI.] ceteris tamen Elegantissimi Viri dulcissimis etiam Elegiis longe excellentius, miserabile carmen, quod celsi animi, Augusteo seculo clarus, Poëta scriptum fingit ad Paullum Aemilium Lepidum, maritum, a coniuge Cornelia, quam omnibus ornatam virtutibus, avos numerantem Cornelios, Scipiones, Scribonios, et Libones, *immeritam* et immaturam *mors acerba damnaverat;* ut verbis utar *Quintiliani* ex operis parte, saepe mihi laudata, tamquam in suo genere perfectissima, Libri sexti I. O. prooemio. Huius ego carminis, in nonnullis librariorum, aut etiam Editoris primi, culpa tenebricosi, cum initium, duobus versibus transpositis, et aliorum et Clariss. *Valckenarii* arbitratu felicissime restituis-

sem, *h*) hic mihi praecipuus auctor fuit, ut saepius lectum carmen exactissima cura sic relegerem, tanquam qui tenebricosa ex ingenio vellem illustrare.

Pag. 165.

— — quem (*Guyetum*) in Graecis etiam originibus investigandis nonnihil vidisse, virum Graece et Latine perdoctum, ex *L. C. V.* intellexi.

Pag. 170. seqq.

Lib. III. El. XX, ubi, Athenis quibus esset studiis severa lege *Propertius* invigilaturus, praeter alia denarrat elegantissimis versibus; quos in scholis animose et more suo recitantem plus semel audivi *Kalckenarium;* credo equidem, ut auditorum nonnullos commoveret, quod iam nunc effecit, ad amorem Latinarum Graecarumque literarum: in ista Elegia, quam vicies relegisse non taedebit, hi quoque sunt versus:

Illic vel stadiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.
Persequar aut studium linguae, Demosthenis arma;
Librorumque tuos, docte Menandre, sales.
Aut spatia annorum, et longa intervalla profundi
Lenibunt tacito vulnera nostra sinu.

Broukhusii coniectura, in his legentis *dux Epicure*, ab aliis iam fuit reiecta: sed miror Virum Clarissimum, quem magni facio, iuvenem olim tueri voluisse vocem *docte*, in versibus vicinis repetitam;

---

h) Restituit hunc in modum:

Desine, Paulle, meum lacrymis urgere sepulcrum.
Nempe tuas lacrymas litora surda bibent.
Te licet orantem furvae Deus audiat aulae;
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Editor.

cum *Menandrum* forte nemo laudaverit adeo ob doctrinam. Mihi *culte Menandre* dudum ante venerat in mentem, quam *N. Heinsii* legissem Adversaria; *Heinsium* notis in *Propert.* p. 736. vidi corrigentem, *Ludorumque tuos*, culte *Menandre*, *sales*. Caetera intacta relinquo. Sed *culte Menandre* hic omnino cum *Heinsio* legendum puto. *Iucundus* dicitur et *Ovidio* in insigni illo Libro II. Trist. vs. 369.

Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri;
Et solet hic pueris virginibusque legi.

Nota sunt et haec ad cognominem Nepotem *Ausonii* in Eidyllio IV, 46.

Conditor Iliados, et amabilis *orsa Menandri*
Evolvenda tibi: tu flexu et acumine vocis
Innumeros numeros doctis accentibus effer,
Affectusque impone legens.

Non animi tantum culturae, sed et plus aequo fortasse corporis cultui studebat inter suos vir amabilis: ut et in fabula prima Libri V, inter illas, quae *Phaedri* dicuntur, ad Phalerea Demetrium

Menander, nobilis Comoediis,
Veniebat gressu delicato, et languido,
Unguento delibutus, vestitu adfluens.

Sed an ergo *Doctus* a *Propertio* dici potuit Epicurus? Cum in *Propertii* versu indicassem *Valckenario* mihi legendum videri *culte Menandre*, *Broukhusii* tamen, Poëtae perdocti, me nonnihil adhuc moveret auctoritas, adiuvit me Praeceptor Clarissimus schedula, quam, ipso non nolente, hic describam:

„*Broukhusius* quidem, *Epicurum certe*, in-
„quit, *pro docto nunquam habuit antiquitas*. Non
„quidem *Cicero*, cuius multo plura proferre potue-
„rat; nec *Plutarchus*, nec *Cleomedes*, cuius etiam
„meminit; neque ullus Academicus vel Stoïcus

„*Epicurum* ut doctum mirari potuit. Nemo in „*Epicurum* acerbius debacchatus est *Cleomede*, qui „scripsit, a perpaucis lectam, Κυκλικὴν θεωρίαν „Μετεώρων; quod opus insigne vidisti me confe- „rentem ad Codicem antiquissimum Leidensis Bibl. „ex quo centies et amplius emendari potest, va- „riis etiam supplementis amplificari: multis in „locis insectatus *Epicurum*, *Cleomedes* nus- „quam acerbius illum traducit quam Libro II. „p. 90. et 91. Edit. Burdigal. ubi voces aliquot „*Epicuri* exhibet, quibus nemo doctus et ele- „gans, ipsius sententia, uteretur; eiusque scri- „bendi formam, et stylum, quem vocant, etiam „comparat cum stylo Iudaeorum Graece loquen- „tium: propositis aliquot *Epicuri* vocibus, Ὧν, „inquit, τὰ μὲν ἐκ χαμαιτυπείων ἄν τις εἶναι φή- „σειε· τὰ δὲ ὅμοια τοῖς λεγομένοις ἐν τοῖς Δημη- „τρίοις ὑπὸ τῶν Θεσμοφοριαζουσῶν (γυναικῶν „frustra Codex addit Leid.) τὰ δὲ ἀπὸ μέσης τῆς „προσευχῆς, (*ex media proseucha:* legisti *Iuve- „nalis* Sat. III, 296. — *in qua te quaero proseu- „cha?*) καὶ τῶν ἐπ' αὐταῖς προσαιτούντων Ἰου- „δαϊκά τινα, καὶ παρακεχαραγμένα, καὶ κατὰ „πολὺ τῶν ἑρπετῶν ταπεινότερα. huno, ut puto, „locum non legerant, qui superiore seculo, hoc „nostro quoque, libellos conscribillantes de Stylo „N. T. an pure Graecus esset, nec ne, inter se suo „more disputarunt; de stylo, re perdifficili, iudi- „cantes plerique, tanquam coeci de coloribus. „Quando ages de loco *Propertii*, quo *doctus* dici- „tur *Epicurus*, poteris verba *Cleomedis*, ut a me „tibi suppeditata, proferre; quae nonnulli valde „mirabuntur: neque equidem puto quidquam simi- „le huius in tota antiquitate Graeca reperiri. *Cleo- „medis* vero severum Astronomi iudicium de stylo „Iudaeorum inter Graecos habitantium, et semi- „Graece loquentium, a meo dissentire, non igno-

„ras. Codicis Leidensis scriptor, in summa ora „paginae hac nota adscripta, *Cleomedis* intempe- „rantiam damnat his verbis: Τὸν διὰ Μωσέως τοῦ „θεόπτου νόμον παρὰ θεοῦ δοθέντα οὕτω κλεῖς, „ἀλιτήριε; φεῦ τῆς ἀτοπίας (ἀποπίας male scri- „bitur). *homo scelerate! sic audes vocare legem „a Deo datam per Moysen, qui Deum vidit,* (apud „*Etymologum* legitur p. 679, 5. ἄποινον ᾠδὴν τῷ „Κυρίῳ ὁ θεόπτης ἦσε Μωϋσῆς) *vah impuden- „tiam!* Intelligis, credo, cuius generis fuerit ho- „minum hic asperior ipso *Cleomede.* Non vidit „bonus vir, res sublimes et maximi momenti tradi „sapienter potuisse sermonis genere plebeio, Graeco „certe, qui minus esset elegans aut Atticus. Sed, „ut ad *Propertium* eiusque *Doctum* Epicurum „redeam, ego non dubito, quin posuerit *Propertius,* „quod vulgari solebat ante *Broukhusii* aetatem:

„(*stadiis*) *animum emendare Platonis*
„*Incipiam, aut Iortis, docte Epicure, tuis.*

„Multa a me dici possent de *Epicuro,* cuius mode- „stiam certe et moderationem animi frugaliter viven- „tis aequales collaudarunt: sed illa tutemet ex li- „bris veterum intelliges aliquando, et ex Petri „*Gassendi* opere docto et laborioso: *Epicurum* „nosti quot laudibus ornaverit *Lucretius:* illum „admirabantur *Virgilius, Horatius,* ceteriquc „istius aetatis Poëtae, a quibus facile intelligis hac in „parte non dissensisse *Propertium, Lucretium,* cre- „do, *doctum* libenter *Propertius* tuus dixisset: is „vero sua se *Epicuro* omnia debere fatetur et alibi „et initio L. III. saepe lectos tibi versus adponere „non grave erit:

„Te sequor, ô Graiae gentis decus, inque tuis nunc
„Fixa pedum pono pressis vestigia signis;
„Non ita certandi cupidus, quam propter amorem,

„*Quod te imitari aveo: quid enim contendat hirundo*
„*Cycnis?*
„*Tu pater, et rerum inventor, tu patria nobis*
„*Suppeditas praecepta, tuisque ex, inclyte, chartis,*
„*Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,*
„*Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,*
„*Aurea, perpetua semper dignissima vita.*
„*Doctum*, sed *in arte* amandi, probabiliter illum
„dixit *Petronius* Cap. CXXXII. p. 818.
„Ipse pater veri, doctus Epicurus in arte
„Iussit, et hanc vitam dixit habere Deos.“

Theses,

quas defendendas mihi praescripsit L. C. V.

I.

Lingua Graeca *Tiberio Hemsterhusio*, qui illam per annos paene LXX. excoluit, probabiliter videbatur ex suo velut solo enata. Voces quidem Orientales in illam fuerunt invectae, sed vel per Palaestinos mercatores, vel per advenas ex Oriente.

II.

Qui pro puritate styli N. F. scriptis publicatis concertaverunt, hac de re nonnulli iudices erant minus idonei. Stylus obtinet in Libris istis Sacris, qualis esse debuit; in quibus voculas et phrases Atticas venari non decet. Ob damnatas aliquot voces, in his etiam libris obvias, absurde Medicus *Trillerus* bonum magistellum *Thomam* vicies minimum accusat impietatis; qualia nostra saltem aetate in medium proferri non deberent.

III.

Millenae aliquot Variae Lectiones, quae vocantur, Codicum manu scriptorum Novi Foederis,

nihil nocent librorum sacrorum integritati; qnod perperam putabat *Antonius Collinsius*; vere *Richardus Bentleius* monuit, in codicibus *Terentii*, *Manilii*, similiumque, non minus Lectionum inveniri diversarum.

IV.

In Libros Novi Foederis hic illic leves a describentibus irrepere potuerunt errores ante, quam codices scriberentur, qui supersunt. In Capite Observatorum sexto tuitus Lectiones aliquot vulgatas in I. Epistola ad Timotheum, hic illic modestam doctorum hominum coniecturam admitti posse statuo. Si quis contra niti voluerit, defendam contra obiectiones *Hermanni Witzii*, aliorumque, *Bentleii* coniecturam in *Pauli* Epist. ad Galat. IV, 25. ista e contextu eiicientis olim in margine scripta „*Sina mons est in Arabia.*“ atque in hunc sensum legentis *Pauli* verba: Agari autem respondet quae nunc est Hierosolyma.

V.

Gentilium oracula vetera fraudibus debentur humanis sacerdotum; neque adeo necesse est, ut in hanc scenam cum Antiquis Scriptoribus Christianis, aliisque malos genios introducamus. De Dodonaei Iovis sacerdotibus, *Tomuris* dictis, sic disputat Iacobus *Triglandius*, literatissimus Theologus, ut eius opinio prope veritatem videatur accedere, cum vera tamen non sit.

VI.

A scurra petulantissimo *Aristophane* maligne vexati, *Socratis* Philosophia popularis ex Xenophonteis potius est libellis haurienda, quam ex eleganter verbosis Dialogis *Platonis*, qui suis illam et aliorum emblematis obscuravit.

VII.

Xenophontea quae vulgo habentur, *Apologia Socratis*, et *Oratio in laudem Agesilai*, indigna sunt ingenio *Xenophontis* capitali, et Sophistae debentur; quod mirum est ab aliis nondum fuisse animadversum.

VIII.

Dierum quisque septimus non fuit, ut Iudaeis, sic Graecis veteribus sacer. Qui hoc nobis tradiderunt *Clemens Alex.* (Strom. L. V. p. 713.) aliique Sancti Patres qui vocantur, credulitate saepe sua peccantes, unius hac in re fide nituntur *Aristobuli*, Iudaei mendacis, qui sub nominibus *Orphei*, *Lini*, *Homeri*, aliorumque, versus hanc in rem turpi fraude confinxit.

IX.

Rei bellicae nihil fuit Romanis cum Pharisaeis. In *Iulii Africani* Cestis, inter Mathematicos veteres, quos vocant, a *Rigaltio* vulgatis, C. III. p. 290. ubi prostant ista, Ἐσεμνύνοντο Φαρισαῖοί ποτε Ῥωμαίων ἀποκτείναντες Φάλαγγα. una litera minus scribendum Φρισαῖοι, *Phrisaei.* Graecis monachis, qui libros describebant, Pharisaei multo erant notiores, quam maiores nostri *Frisii*, quos spectat ista *Africani* patriarum rerum enarratoribus ignota historia. (hanc suam correctionem iam ante annos XXV. *Valckenario* indicavit *T. H.*)

X.

Hollandiae Zelandiaeque Comes, Frisiae dominus, Ioannes Primus non fuit a cognato, quem successorem habuit, Ioanne Hannonio, veneno necatus. ista suspicio, idoneo certe teste non nixa, propagari in opere vernaculo notissimo non debuerat.

Addenda et Corrigenda.

P. 6. l. 19. Pro *videtur* l. *videbatur*,
P. 8. l. 6. l. *ita tamen.*
— l. 16. l. *collectas.*
— l. 17. l. *res ea.*
P. 9. l. 21. post *ineditas* comma pone. Item post *adnotationes* lin. seq.
P. 171. not. *) Quod pro *αἰτιώμενος* legendum conieci *σιγώμενος*, illud nunc *μετατίθεμαι*, monitus ab amico, *σιγήσομαι* dici pro *σιγήσω*, non item *σιγῶμαι* pro *σιγῶ*.
Ibid. not. ***) In loco, *ἥλικα γὰρ δεῖ* etc. quem in hac nota attigi, *δὴ* pro *δεῖ* legendum esse persuasit mihi Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 230. et ad Euthyd. p. 412.